ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ ΒΙΒΛΙΑ ιβ'.

MARCI ANTONINI IMPERATORIS

EORUM QUAE AD SEIPSUM LIBRI XII.

Post Gatakerum, ceteroſque, recogniti, et notis illuſtrati; a doctiſſimo viro R. I. *Oxonienſi.*

GLASGUAE:
IN AEDIBUS ACADEMICIS,
Excudebat R. Foulis Academiae Typographus.
MDCCXLIV.

165 021

JUVENI GENEROSISSIMO

DUNBARO HAMILTON;

OB PRAECLARUM EJUS STUDIUM,

IN LITERIS ANTIQUIS,

IN PHILOSOPHIA,

ET IN OMNIBUS BONIS ARTIBUS,

SIVE AD VITAM ET MORES,

SIVE AD REMPUBLICAM SPECTENT,

EXCOLENDIS;

HOS LIBROS

PHILOSOPHI SIMUL ET IMPERATORIS

PRAESTANTISSIMI,

EX AEDIBUS ACADEMICIS PRODEUNTES,

EGREGIO ACADEMIAE ALUMNO

INSCRIPSIT R. F. A. T.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.

Τῶν εἰς ἑαυτὸν Βιβλία ιβ'.

MARCI ANTONINI

IMPERATORIS,

LIBRI XII.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

[1] Τῶν εἰς ἑαυτὸν Βιβλίων ά.

ΠΑΡΑ τῷ πάππῳ Οὐήρῳ, τὸ καλόηθες, καὶ ἀόρ- 1
γητον. Παρὰ τῆς δόξης, καὶ μνήμης τῆς περὶ 2
τὸν γεννήσαντος, τὸ αἰδήμον, καὶ ἀρρενικόν. Παρὰ τῆς 3
μητρὸς, τὸ θεοσεβὲς, καὶ μεγαλόδωρον· καὶ ἐφεκτικὸν
οὐ μόνον τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπὶ ἐννοίας γίνεσ-
θαι τοιαύτης. Ἔτι δὲ τὸ λιτὸν καλὰ τὴν δίαιταν, καὶ
πόρρω τῆς πλουσιακῆς διαγωγῆς. Παρὰ τοῦ πρω- 4
πάππου, [2] τὸ μὴ εἰς δημοσίας διατριβὰς φοιτῆσαι· καὶ
τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' οἶκον χρήσασθαι· καὶ τὸ
γνῶναι, ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ ἐκτενῶς ἀναλίσκειν.
Παρὰ τῆς τροφέως, τὸ μήτε Πρασιανὸς, μήτε Βενε- 5
τιανὸς, μήτε παλμυκάριος ἢ [3] χυτάριος γενέσθαι· καὶ
τὸ φερέπονον, καὶ ὀλιγοδεὲς, καὶ αὐτουργικόν· καὶ τὸ ἀπο-
λύπραγμον, καὶ τὸ [4] δυσπρόσεκτον διαβολῆς. Παρὰ 6
Διογνήτου, τὸ ἀκενόσπουδον· καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν
περατολόμων, καὶ γοήτων περὶ ἐπῳδῶν, καὶ περὶ δαιμό-
νων ἀποπομπῆς, καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις· καὶ τὸ μὴ [5] ὀρ-
τυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι· καὶ τὸ
ἀνέχεσθαι παῤῥησίας· καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφίᾳ· καὶ
τὸ ἀκοῦσαι, πρῶτον μὲν [6] Βακχίου, εἶτα [7] Τανδάσιδος,
καὶ [8] Μαρκιανοῦ· καὶ τὸ γράψαι διαλόγους ἐν παιδί· καὶ τὸ
σχίμποδος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα [9] τοιαῦτα τῆς

Ελλη-

MARCI ANTONINI

IMPERATORIS

Eorum quae ad ſeipſum Lib. I.

1 2 3 4 5 6 AB avo meo Vero *accepiſſe agnoſco*, moribus eſſe candidis, et ab iracundia alienis. A fama memoriaque genitoris mei, modeſtam ſimul ac maſculam indolem. A matre, pietatis ſtudium, et largiendi promptitudinem: nec à malo patrando tantum, ſed cogitando etiam, continere. tum victu ſimplici, quique ab opulentorum more ac inſtituto abſcedat quam longiſſime, contentum eſſe. A proavo, quod publicas exercitationes adierim; quodque bonis praeceptoribus privatim ſim uſus; et quod in res iſtiuſmodi impenſe erogandum intellexerim. Ab educatore, ne *in certamine equeſtri* Praſinae aut Venetae factioni, neve *in gladiatorio* Thraci aut Secutori fautor fierem: ut labores ſuſtinerem; minimo contentus agerem; operi manus admoverem: negotiis alienis me neutiquam immiſcerem; nec delationem facilis ullam admitterem. A Diogneto, ne rebus inanibus ſtudium impenderem: neve eis fidem haberem, quae à praeſtigiatoribus magiſque de incantationibus, deque daemonibus averuncandis, aliiſque ejuſmodi *impoſturis* dicuntur: ne coturnices ad pugnam alerem, neve * inſana rerum iſtiuſmodi admiratione tenerer: utque libere dicta aequanimiter ſuſtinerem. *eidem debeo*, quod Philoſophiae me addixerim; quodque Bacchium primum, tum Tandaſidem, et Marcianum audiverim: quod dialogos, puer adhuc, conſcripſerim: quodque *pro ſtratis* grabatulum ac pellem expetiverim; caeteraque

teraque inſtitutionis Graecanicae adminicula. A Ru- 7
ſtico, quod in eam cogitationem devenerim, morum correctione, curationeque indigere me: quodque ad aemulationem ambitionemque Sophiſticam nullus declinaverim, vel de theorematibus aliquid conſcribendo, vel oratiunculas hortatorias declamando, vel exercitia obeundi operaſque edendi peritiam oſtentando, quo ad ſtuporem ac admirationem mei homines traherem: quod rhetoricae item, poeticaeque, et dictionis elegantioris † ſtudia deſierim: ac ne togatus intra aedes obambularem, neve ejuſmodi alia, *quae faſtum reſiperent*, facerem: epiſtolas etiam ſimpliciter ſcriberem, ad normam ſcil. earum quas Sinueſsâ ad matrem meam idem ipſe dederat: adhaec ut placabilis et reconciliatu facilis eſſem adverſus eos, qui offenſionis cauſam dederint, aut deliquerint aliquid, ſimulatque illi in gratiam redire vellent: porro ut accurate legerem, nec comprehenſione ſummaria contentus eſſem; nec garrulis quibuſvis temere aſſentirer; *huic denique debeo*, quod Epicteti commentarios legerim, quorum is è domo ſua copiam mihi fecit. Ab Apollonio, ut liber eſſem; 8
firmumque ac certum citra fluctuationem omnem conſilii ingeniique tenorem retinerem; neque aliud quicquam, vel minimum, praeter rationem ſolam, intuerer: ut idem ſemper eſſem, in doloribus acerrimis, in liberorum amiſſione, in morbis diuturnis: adhaec, quod in ipſo, tanquam in exemplari vivo evidenter conſpexerim, poſſe eundem, *prout occaſiones ſe dabant*, et vehementiſſimum et remiſſum eſſe; ſed et quod in diſciplinis tradendis neutiquam moroſe ſe gereret: quodque hominem viderim, qui peritiam ſuam et in theorematibus tradendis ſolertiam, bonorum ſuorum minimum exiſtimare ſe, palam faceret: ab iſto didici, et quo modo beneficia, quae dicuntur, ab amicis accipere oporteret, ut nec acceptis obnoxius fierem, nec citra ſenſum tamen omnem tranſmitterem. A Sexto, benevolum erga alios affectum: familiaeque 9
affectu

7 Ελληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. Παρὰ Ρυσίκυ, τὸ λαβεῖν φανλασίαν τῦ χρήζειν διορθώσεως, ϗ θεραπείας τῦ ἤθυς· καὶ τὸ μὴ ἐκπραπῆναι εἰς ζῆλον ζοφισικὸν, μηδὲ [1] τῦ ζυγγράφειν περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ περιπλικὰ λογάρια διαλέγεσθαι, ἢ φανλασιοπλήκλως τὸν ἀσκηλικὸν, ἢ τὸν [2] διεργελικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι· ϗ τὸ ἀποσῆναι ῥηλορικῆς ϗ ποιηλικῆς, ϗ [3] ἀσειολογίας· καὶ τὸ μὴ ἐν [4] σολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· ϗ τὸ τὰ ἐπισόλια ἀφελῶς γράφειν, οἷον τὸ ὑπ' αὐτῦ τύτυ ἀπὸ Σινοέσσης τῇ μηλρί μυ γραφέν· ϗ τὸ πρὸς τὰς χαλεπήναλας ϗ πλημμελήσανλας [5] διανακλήτως ϗ [6] διαλέκλως, ἐπειδὰν τάχισα αὐτοὶ ἐπανελθεῖν ἐθελήσωσι, διακεῖσθαι· ϗ τὸ ἀκριβῶς ἀναγινώσκειν, ϗ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοῆσαι ὁλοχερῶς, μηδὲ τοῖς [7] περιλαλῦσι ταχέως ζυγκαλατίθεσθαι· καὶ τὸ ἐνλυχεῖν τοῖς Επιχλητείοις ὑπομνήμασιν, 8 ὧν οἴκοθεν μετέδωκε. Παρὰ Απολλωνίυ, τὸ ἐλεύθερον, ϗ [8] ἀναμφιβόλως ἀκύβδλον· καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο ἀποβλέπειν, μηδ' ἐπ' ὀλίγον, ἢ πρὸς τὸν λόγον· καὶ τὸ ἀεὶ ὅμοιον, ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνυ, ἐν μακραῖς νόσοις· ϗ τὸ ἐπὶ παραδείγμαλος ζῶηλος ἰδεῖν ἐναργῶς, ὅτι δύνα) ὁ αὐτὸς σφοδρόταλος εἶναι ϗ ἀνειμβύος· καὶ τὸ ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυχερεαιλικόν· καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον ζαφῶς ἐλάχισον πρὸ ἑαυτῦ καλῶν ἠγεμβνον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν ἐνδρέχειαν τὴν περὶ τὸ παραδιδόναι τὰ θεωρήμαλα· ϗ τὸ μαθεῖν πῶς δεῖ λαμβάνειν τὰς 9 δοκύσας χάριλας παρὰ φίλων, μήτε ἐξηλῶμβνον διὰ τιῦτα, μήτε ἀ- 9 ναμδήτως παραπέμπονλα. Παρὰ [10] Σέξτυ, τὸ ἀμβυές· ϗ τὸ παράδειγμα τῦ οἴκυ τῦ παλρονομυμβύυ· καὶ

καὶ τὴν ἔννοιαν τῆς καλῆς φύσιν ζῆν· καὶ τὸ ζεμνὸν ἁπλάσως· καὶ τὸ [1] σοχασικὸν τῶν φίλων κηδεμονικῶς· καὶ τὸ ἀνεκλικὸν τῶν ἰδιοτῶν, καὶ τὸ [2] ἀθεωρηλὸν τῶν οἰωμμύων· καὶ τὸ πρὸς πάνλας ἁάρμοσον, ὥσε κολακείας μὴ πάσης πεθσηνεσέραν εἶναι τὴν ὁμιλίαν αὐτῆς, αἰδεσιμώταλον δὲ αὐτοῖς ἐκείνοις παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἶναι· καὶ τὸ καλαληπλικῶς καὶ ὁδῷ ἐξαρελικόν τε καὶ τακλικὸν τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων· καὶ τὸ μηδὲ ἔμφασίν πολε ὀργῆς, ἢ ἄλλης τινὸς πάθους παραχεῖν, ἀλλὰ ἅμα μὴ ἀπαθέσαλον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοσοργόταλον· καὶ τὸ [3] εὔφημον, καὶ τῆτο ἀψοφητί· καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνεπιφάνλως. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τῆ γραμματικῆ, τὸ ἀνετίπληκλον· καὶ τὸ μὴ ὀνειδισικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βαρβάρων, ἢ σόλοικόν τι, ἢ ἀπηχὲς πεθενεγκαμμύων, ἀλλ' ἐπιδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, πεφέρεσθαι, ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως, ἢ ζυνεπιμαρλυρήσεως, ἢ ζυνδιαλήψεως περὶ αὐτῆς τῆς πράγματος, ὐχὶ περὶ τῆς ῥήματος, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς τοιαύτης ἐμμελῆς παρυπομνήσεως. Παρὰ Φρόνλωνος, τὸ [4] ἐπισῆσαι, οἷα ἡ τυραννικὴ βασκανία, καὶ ποικιλία, καὶ ὑπόκρισις· καὶ ὅτι ὡς ἐπίπαν οἱ καλούμενοι ἦτοι παρ' ἡμῖν ἀπαλρίδαι, ἀσοργότεροί πως εἰσί. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τῆ Πλαλωνικῆ, τὸ μὴ πολλάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρός τινα, ἢ ἐν ἐπισολῇ γράφειν, ὅτι ἄσχολός εἰμι· μηδὲ διὰ τοιύτου τρόπου ζυνεχῶς παραιτεῖσθαι τὰ καλὰ τὰς πρὸς τὰς ζυμβιώνλας σχέσεις καθήκονλα, πεθαλλόμμον τὰ περιεσῶτα πράγματα. Παρὰ Καλύλλου, τὸ μὴ ὀλιγώρως ἔχειν φίλου αἰτιωμμύου τι, κἂν τύχῃ ἀλόγως αἰτιώμμυος, ἀλλὰ πειρᾶσθαι καὶ ἀποκαθιστάναι ἐπὶ τὸ σύνηθες· καὶ

τὸ

affectu paterno adminiſtratae ſpecimen: ac de vita naturae convenienter inſtituenda cogitationem: gravitatem item neutiquam perſonatam: et ſedulam amicorum obſervationem: et imperitorum, eorumque qui citra conſiderationem opinione mera ducuntur, tolerationem: et mores quibuſvis accommodatos, ita ut quamvis conſuetudo ipſius adulationem omnem ſuavitate vicerit, in veneratione tamen eiſdem ipſis eodem ipſo tempore non minus exſtiterit: ad haec dilucidam ac methodicam cum inventionem, tum diſpoſitionem decretorum ejuſmodi, quae ad vitam recte inſtituendam conducerent: quodque nec iracundiae, nec perturbationis alius alicujus, indicium exhiberem; ſed cum affectibus immunis prorſus exiſterem, ad affectum genuinum eſſem tamen propenſiſſimus: favere promptus, ſed ſine ſtrepitu: varieque, citra oſtentationem, e-
10 ruditus. Ab Alexandro Grammatico, increpationibus abſtinere; nec probroſe excipere, ſi quis barbarum quid, vel ſoloecum, vel abſonum protulerit, ſed illud tantum, quod dici debuerat, dextre proponere; idque ſub ſpecie vel reſpondendi, vel calculum dictis adjiciendi, vel de re ipſa, non autem de dictione, una diſpiciendi, vel per aliam aliquam iſtiuſmodi ſcitam,
11 ſed quae oblique facta ſit, commonefactionem. A Frontone, ut ſcirem, quae invidentia, verſutia, ſimulatio tyrannidem conſequatur: quodque ut plurimum qui patricii nobis nuncupantur, ab affectu genuino a-
12 lieniores exiſtant. Ab Alexandro Platonico, ne crebro, neve niſi neceſſitate adactus, aut dicto aut ſcripto ſignificem alicui, non vacare me: neve hoc modo ſub negotiorum me graviter diſtinentium praetextu officia ea, quae pro cujuſque conditione vitae hujus ne-
13 ceſſitudo à nobis exigit, ſolens deſeram. A Catulo, ne neglectui haberem amicum de re quavis apud me querentem, etiamſi forſan ejus querimoniis ratio nulla ſubeſſet, ſed in ſtatum ipſum priſtinum reſtituere anniterer:

terer: ut praeceptores prompte impenſeque praedicarem; quod de Domitio atque Athenodoto refertur: liberoſque meos affectu ſincero proſequerer. A fratre 14
meo Severo, familiares diligere; veri juſtique rationem habere: item quod per eundem Thraſeam, Helvidium, Catonem, Dionem, Brutum nôſſe coeperim; et quod imaginem animo conceperim ſtatus popularis, in quo per aequalitatem juriſque aequabilitatem res adminiſtrentur; regnique, in quo ſubditorum libertate nihil antiquius habeatur: ab eodem item didici, ſimpliciter vivere, et in philoſophiae cultu conſtanter perſiſtere; prompte benefacere, impenſe largiri; ſpes bonas fovere, et de amicorum dilectione nihil ambigere: quin et eum, quorum mores minus probaret, palam id prae ſe ferre; nec, quid vellet nolletve, familiaribus conjectu difficile relinquere; ſed aperto ſe prodere. A Maximo, mei compotem eſſe; nec ulla in re tranſ- 15
verſum abripi: atque animo bono eſſe, cum in morbis, tum et in aliis caſibus adverſis: moribus eſſe probe temperatis, ſuavibus, verendis: negotia objecta citra quiritationem conficere: adhaec *ita ſe gerere*, ut fidem quibuſvis faceret, quaecunque diceret, ex animi ſententia dixiſſe; quaecunque faceret, animo haud malo feciſſe: tum etiam nihil admirari, ad nihil obſtupeſcere, nuſquam feſtinum, aut ſegnem eſſe; nuſquam perplexum, aut dejectum, aut ringi ſolitum: nec rurſus iracundiae, aut ſuſpicionibus deditum: adhaec ad benefaciendum et ignoſcendum promptum eſſe: ac veracem ſe praebere, atque hominis ejuſmodi ſpecimen dare, qui perverti neſciret potius, quam qui corrigi unquam opus haberet: *denique* quod nemo quiſquam inventus fuerit, qui vel contemptui ab illo haberi ſe exiſtimaret, vel praeſtantiorem ſe illo opinaretur: et quod urbanitatis laudem neutiquam affectaverit. A patre manſuetudinem, et in rebus accurate 16
jam decretis conſtantiam immotam: in iſtis, qui habentur,

τὸ περὶ τῶν διδασκάλων ἐκθύμως εὔφημον, οἷα τὰ
περὶ Δομιτίου καὶ Αθηνοδότου ἀπομνημονευόμενα· καὶ τὸ
14 περὶ τὰ τέκνα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν. Παρὰ τοῦ ἀ-
δελφοῦ μου [1] Σεουήρου τὸ φιλοίκειον, καὶ φιλάληθες, καὶ φι-
λοδίκαιον· καὶ τὸ δι' αὐτὸν γνῶναι Θρασέαν, Ελβίδιον,
Κάτωνα, Δίωνα, Βροῦτον, καὶ φαντασίαν λαβεῖν πολι-
τείας ἰσονόμου, κατὰ ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικουμένης,
καὶ βασιλείας τιμώσης πάντων μάλιστα τὴν ἐλευθερίαν
τῶν ἀρχομένων· καὶ ἔτι παρ' αὐτοῦ τὸ ἀμελὲς, καὶ ὁμό-
τονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας· καὶ τὸ εὐποιητικὸν,
καὶ τὸ εὐμετάδοτον ἐκτενῶς· καὶ τὸ εὔελπι, καὶ τὸ πιστευτικὸν
περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι· καὶ τὸ ἀνεπίκρυπτον
πρὸς τοὺς καταγνώσεως ὑπ' αὐτοῦ τυγχάνοντας· καὶ τὸ μὴ
δεῖσθαι στοχασμοῦ τοὺς φίλους αὐτοῦ περὶ τοῦ τί θέλει, ἢ τί
15 οὐ θέλει, ἀλλὰ δῆλον εἶναι. Παράκλησις [2] Μαξίμου, τὸ
κρατεῖν ἑαυτου, καὶ κατὰ μηδεν [3] παρίφορον εἶναι· καὶ τὸ
εὔθυμον ἔν τε ταῖς ἄλλαις περιστάσεσι, καὶ ἐν ταῖς νόσοις·
καὶ τὸ εὔκρατον τοῦ ἤθους, καὶ μειλίχιον, καὶ γεραρόν· καὶ οὐ
σχετλίως κατεργαστικὸν τῶν προκειμένων· καὶ τὸ πάντας
αὐτῷ πιστεύειν, περὶ ὧν λέγοι, ὅτι οὕτως φρονεῖ, καὶ περὶ
ὧν πράττοι, ὅτι οὐ κακῶς [4] πράττῃ· καὶ τὸ ἀθαύμαστον, καὶ
ἀνέκπληκτον, καὶ μηδαμοῦ ἐπειγόμενον, ἢ ὀκνοῦν, ἢ ἀμη-
χανοῦν, ἢ κατηφὲς, ἢ [5] προσεσηρὸς, ἢ πάλιν θυμούμε-
νον, ἢ ὑφορώμενον· καὶ τὸ εὐεργετικὸν, καὶ τὸ συγγνωμονι-
κόν· καὶ τὸ ἀψευδὲς, καὶ ἀδιαστρόφου μᾶλλον ἢ διορθουμένου
φαντασίαν παρέχειν· καὶ ὅτι οὔτε ᾠήθη ἂν ποτέ τις ὑ-
περορᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, οὔτε ὑπέμεινεν ἂν κρείττονα αὐτοῦ
16 αὐτὸν ὑπολαβεῖν· καὶ τὸ [6] εὐχαριεντίζεσθαι. Παρὰ τοῦ
πατρὸς, τὸ ἥμερον, καὶ μενετικὸν ἀσαλεύτως ἐπὶ τῶν ἐξη-
τασμένως κριθέντων· καὶ το ἀκενόδοξον περὶ τὰς δοκούσας

τιμάς· καὶ τὸ φιλόπονον καὶ ἐνδελεχές· καὶ τὸ ἀκουστικὸν τῶν ἐχόντων τι κοινοφελὲς εἰσφέρειν· καὶ τὸ ἀπαραλρέπτως εἰς τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονεμετικὸν ἑκάστῳ· καὶ τὸ ἔμπειρον, ποῦ μὲν χρεία ἐντάσεως, ποῦ δὲ ἀνέσεως· καὶ τὸ παῦσαι τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν μειρακίων· καὶ [1] ἡ κοινονοημοσύνη· καὶ τὸ ἐφεῖσθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδημεῖν ἐπάναγκες· ἀεὶ δὲ ὅμοιον αὐτὸν καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρείας τινὰς ἀπολειφθέντων· καὶ τὸ ζητητικὸν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλίοις, καὶ ἐπίμονον, [2] ἀλλ' οὐ τὸ προαπέστη τῆς ἐρεύνης ἀρκεσθεὶς ταῖς προχείροις φαντασίαις· καὶ τὸ διατηρητικὸν τῶν φίλων, καὶ μηδαμοῦ ἀψίκορον, μηδὲ ἐπιμανές· καὶ τὸ αὐταρκὲς ἐν παντὶ, καὶ τὸ φαιδρόν· καὶ τὸ πόῤῥωθεν προνοητικόν· καὶ τῶν ἐλαχίστων προδιοικητικὸν ἀτραγῴδως· καὶ τὸ τὰς ἐπιβοήσεις, καὶ πᾶσαν κολακείαν ἐπ' αὐτοῦ [3] σταλῆναι· καὶ τὸ φυλακτικὸν ἀεὶ τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀρχῇ, καὶ ταμιευτικὸν τῆς χορηγίας, καὶ ὑπομενετικὸν τῆς ἐπὶ τῶν τοιούτων [4] τονῶν καταιτιάσεως· καὶ τὸ μήτε περὶ τοὺς Θεοὺς δεισιδαῖμον, μήτε περὶ ἀνθρώπους δημοκοπικὸν, ἢ ἀρεσκευτικὸν, ἢ ὀχλοχαρὲς, ἀλλὰ νῆφον ἐν πᾶσι, καὶ βέβαιον, καὶ μηδαμοῦ ἀπειρόκαλον, μηδὲ καινοτόμον. καὶ τὸ τοῖς εἰς εὐμάρειαν βίου φερουσί τι, ὧν ἡ τύχη παρέχει δαψίλειαν, χρηστικὸν ἀτύφως ἅμα καὶ ἀπροφασίστως, ὥστε παρόντων μὲν ἀνεπιτηδεύτως ἅπτεσθαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι· καὶ τὸ μήτε ἄν τινα εἰπεῖν, μήτε ὅτι σοφιστὴς, μήτε ὅτι [5] οἰκογενὴς οὐερνάκλος, μήτε ὅτι σχολαστικὸς, ἀλλ' ὅτι ἀνὴρ πέπειρος, τέλειος, ἀκολάκευτος, προεστάναι δυνάμενος καὶ τῶν ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων. πρὸς τοῦτοις δὲ καὶ τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἐξονειδιστικὸν ἔτι δὲ τὸ εὐόμιλον,

καὶ

bentur, honoribus gloriae inani nihil concedere: laboribus ferendis cum libentem tum et aſſiduum ſe dare: ad eos audiendum promptum eſſe, qui adferre quid poterant, quod in publicum conduceret: à nemine poſſe abduci quin pro merito ſuo unicuique rependeret: probe noſſe, ubi vehementius, ubi remiſſius agere opus eſſet: ab adoleſcentium amoribus ſe coercere: civiliter admodum ſe gerere: amicis vel coenandi ſecum, vel abſtinendi optionem liberam permittere, nec peregre euntem comitandi niſi ipſis allubeſceret neceſſitatem imponere: nec iis immutatum deprehendi, etiamſi occaſione aliqua impediti, eum neutiquam eſſent comitati: in conſiliis, quid facto opus eſſet, accurate perquirendo conſtanter inſiſtere, nec in ſpecie rerum obvia quavis acquieſcentem, indagationem incidere: etiam amicorum retinendi ſtudioſum eſſe, nec faſtidio mutantem, nec inſane diligentem: in ſtatu quocunque ſorte contentum eſſe, vultuque ſerenum: è longinquo futuri praeſagum: et de minimis quibuſque citra tumultum providum: acclamationes omnemque adulationem reprimere: imperio quae neceſſaria erant ſedulo cuſtodire, ſumptus caute attemperare, de rebus iſtiuſmodi ſugillantes patienter ſuſtinere: nec in Deis colendis ſuperſtitioſum, nec in hominibus, aut muneribus, aut blanditiis auram captare popularem, ſed in rebus quibuſque ſobrium, ſolidum, nuſquam ineptum, aut novitatis ſtudioſum. *Porro* ad vitam commodius tranſigendam conducentibus rebus, quarum copiam illi uberrimam ſors ſuppeditabat, citra faſtum, nec libere tamen minus uti, ut et praeſentibus ſimpliciter frueretur, neque abſentia multum deſideraret: â nemine aut ſophiſtam, aut vernaculum, aut ſcholaſticum dici, ſed virum maturum, conſummatum, adulatione ſuperiorem, rebus et propriis et alienis adminiſtrandis idoneum. adhaec vere philoſophantes in honore habere, caeteris nihil exprobrare.

in congreſſibus facilem et feſtivum, nec ad faſtidium id tamen: corporis ſui curam tam probe attemperare, ut nec vitae avidus videretur, aut elegantiae ſtudioſus, nec neglectui tamen id habere; ſed per ſuam ipſius diligentiam efficere, ut medicorum pharmacis fomentiſve externis quam minime indigeret. quod maximum eſt, citra invidentiam eis concedere, qui in facultate aliqua claruerunt, ſive oratoria, ſive legum vel morum vel aliarum quarumvis rerum notitia: ſed et operam illis conferre ſuam ut pro eis, quibus maxime praecellebant, dotibus, exiſtimationem ſinguli ſuam conſequerentur. cum ſecundum majorum inſtituta omnia exſequeretur, ne hoc quidem affectare, ut majorum inſtituta praeciſe obſervare videretur. adhaec nec dimoveri proclivem eſſe nec divagari, ſed cum locis, tum et rebus eiſdem, immorari ſolere: poſt capitis, quibus affici ſolebat, dolores, recentem ſtatim vegetumque ad conſueta munera *redire:* arcana haud multa, ſed pauca admodum et rariſſima habere, eaque quae ad rempublicam duntaxat pertinerent: prudentiam item et moderationem, in ſpectaculis exhibendis, fabricis exſtruendis, congiariis largiendis, aliiſque iſtiuſmodi; utpote cum is eſſet, qui non ad celebritatem ex rebus à ſe geſtis acquirendam, ſed id duntaxat quod facto erat opus, reſpiceret. non illi intempeſtivus balneorum uſus: non aedificandi ſtudium inſanum: non de victu, non de veſtium textura tinctura-ve, non de ſervitiorum ſpecie exquiſita curioſitas: toga, qua Lorii utebatur, à villa inferiore comparata: Lanuvii tunicatus plerumque: in Tuſculano, ſed quod excuſare ſolebat, paenulatus: totius *denique* vitae facies haec fuerat. nihil immite, nihil immodeſtum, nihil vehemens, aut de quo uſurpari poſſet, quod ſolet vulgo dici, *Ad ſudorem uſque:* ſed quaſi per otium cum conſideratione matura, placide, tranquille, compoſite,

καὶ εὔχαρι ȣ̓ κατακόρως· ϗ τὸ τȣ̃ ἰδίȣ σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρως, ȣ̓τε ὡς ἄν τις φιλόζωος, ȣ̓τε πρὸς καλλωπισμὸν, ȣ̓τε μὴν ὀλιγώρως· ἀλλ' ὥστε διὰ τὴν ἰδίαν προσοχὴν, εἰς ὀλίγιστα ἰατρικῶν χρήζειν ἢ φαρμάκων ϗ ἐπιθημάτων ἐκτός. μάλιστα δὲ τὸ παραχωρητικὸν ἀβασκάνως τοῖς δύναμίν τινα κεκτημένοις, οἷον τὴν φραστικὴν, ἢ [1] τῶν τὴν ἐξ ἱστορίας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων τινῶν πραγμάτων· ϗ συσπȣδαστικὸν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστοι κατὰ τὰ ἴδια προτερήματα ἐνδοκιμῶσι. πάντα δὲ κατὰ τὰ πάτρια πράσσων, ȣ̓δ' αὐτὸ τȣ̃το ἐπιτηδεύων φαίνεσθαι, τὸ τὰ πάτρια φυλάσσειν. ἔτι δὲ τὸ μὴ ἐμετακίνητον ϗ ῥιπταστικὸν, ἀλλὰ ϗ τόποις, ϗ πράγμασι τοῖς αὐτοῖς ἐνδιατριπτικόν· καὶ τὸ μετὰ τȣ̀ς παροξυσμȣ̀ς τῆς κεφαλαλγίας, νεαρὸν ἐνθὺς καὶ ἀκμαῖον πρὸς τὰ συνήθη ἔργα· ϗ τὸ μὴ εἶναι αὐτῷ πολλὰ τὰ ἀπόῤῥητα, ἀλλὰ ὀλίγιστα καὶ σπανιώτατα, ϗ ταῦτα ὑπὲρ τῶν κοινῶν μόνον· ϗ τὸ ἔμφρον ϗ μεμετρημένον ἔν τε θεωριῶν ἐπιτελέσει, ϗ ἔργων κατασκευαῖς, ϗ διανομαῖς, καὶ τοῖς [2] τοιȣ́τοις ἀνθρώποις, πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκότος, ȣ̓ πρὸς τὴν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι ἐνδοξίαν. ȣ̓κ [[3] ἐν] ἀωρεὶ λȣ́στης· ȣ̓χὶ φιλοικοδόμος· ȣ̓ περὶ τὰς ἐδωδὰς ἐπινοητὴς, ȣ̓ περὶ ἐσθήτων ὑφὰς καὶ χρόας, ȣ̓ περὶ [4] σωμάτων ὥρας· ἡ [5] ἀπὸ χωρίȣ στολὴ, ἀνάγȣσα ἀπὸ τῆς [6] κάτω ἐπαύλεως, [7] καὶ τῶν ἐν Λανȣβίῳ τὰ πολλά· τῷ [8] τελώνῃ ἐν Τȣ́σκλοις παραιτȣμένῳ ὡς ἐχρήσατο, ϗ πᾶς [9] ὁ τοιȣ̃τος τρόπος. ȣ̓δὲν ἀπηνὲς, ȣ̓δὲ μὴν ἀδυσώπητον, ȣ̓δὲ λάβρον, ȣ̓δὲ ὡς ἄν τινα εἰπεῖν ποτε, ἕως ἱδρῶτος· ἀλλὰ πάντα διειλημμένα λελογίσθαι, ὡς ἐπὶ σχολῆς, ἀταράχως, τεταγμένως, ἐῤῥωμένως,

συμφώνως

Συμφώνως ἑαυτοῖς. ἐφαρμόσειε δ' ἂν αὐτῷ τὸ περὶ τοῦ Σωκράτους μνημονευόμενον, ὅτι καὶ ἀπέχεσθαι καὶ ἀπολαύειν ἐδύνατο τούτων, ὧν πολλοὶ πρός τε τὰς ἀποχὰς ἀσθενῶς, καὶ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἐνδοτικῶς ἔχουσι. τὸ δὲ ἰσχύειν καὶ [1] ἔτι καρτερεῖν καὶ ἐννήφειν ἑκατέρῳ, ἀνδρός ἐστιν ἄρτιον καὶ ἀήττητον ψυχὴν ἔχοντος, [2] οἷον ἐν τῇ νόσῳ τῇ Μαξίμου. Παρὰ τῶν Θεῶν, τὸ ἀγαθοὺς πάπ- 17
πους, ἀγαθοὺς γονέας, ἀγαθὴν ἀδελφὴν, ἀγαθοὺς διδασκάλους, ἀγαθοὺς οἰκείους, συγγενεῖς, φίλους, [3] σχεδὸν ἅπαντα σχεῖν. καὶ ὅτι περὶ οὐδένα αὐτῶν προέπεσον πλημμελῆσαί τι, καὶ τοι διάθεσιν ἔχων τοιαύτην, ἀφ' ἧς, εἰ ἔτυχεν, κἂν ἔπραξά τι τοιοῦτο· τῶν Θεῶν δὲ εὐποιΐᾳ τὸ μηδεμίαν συνδρομὴν πραγμάτων γενέσθαι, ἥτις ἔμελλέ με ἐλέγξειν. καὶ τὸ μὴ πλέον ἐκτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τοῦ πάππου· καὶ τὸ τὴν ὥραν διασῶσαι· τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ [4] ἐπιλαβεῖν τοῦ χρόνου. τὸ ἄρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, ὃς ἔμελλεν πάντα τὸν τύφον ἀφαιρήσειν μοῦ, καὶ εἰς ἔννοιαν ἄξειν τοῦ, ὅτι δυνατόν ἐστιν ἐν αὐλῇ βιοῦντα, μήτε δορυφορήσεων χρήζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, [5] μήτε λαμπάδων, καὶ ἀνδριάντων τοιῶν δέ τινων, καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου· ἀλλ' ἔξεστιν ἐγγυτάτω ἰδιώτου συστέλλειν ἑαυτὸν, καὶ [6] νὴ διὰ τοῦτο ταπεινότερον ἢ ῥαθυμότερον ἔχειν πρός τὰ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἡγεμονικῶς πραχθῆναι δέοντα. τὸ [7] ἀδελφοῦ τοιούτου τυχεῖν, δυναμένου μὲν διὰ ἤθους ἐπεγεῖραί με πρὸς ἐπιμέλειαν ἐμαυτοῦ, ἅμα δὲ καὶ τιμῇ καὶ στοργῇ εὐφραίνοντός με· τὸ παιδία μοι ἀφυῆ μὴ γενέσθαι, μηδὲ κατὰ τὸ σωμάτιον διάστροφα· τὸ μὴ ἐπίπλεόν με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ, καὶ ποιητικῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι, ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην,

εἰ

poſite, ſtrenue, conſentanee ſibi invicem diſpoſita univerſa. ita quadrabat in illum, quod de Socrate perhibetur, quod et abſtinere et frui rebus eis norat, quibus plerique nec per infirmitatem abſtinere, nec frui citra intemperantiam poſſunt. poſſe autem in altero tolerantem, in altero temperantem ſe praeſtare; illud vero vere viri eſt animo conſummato invictoque plane praediti. qualem *denique* in Maximi aegrotatione ſe exhibuit.

7 Deis acceptum fero, quod bonos avos, bonos parentes, bonam ſororem, bonos praeceptores, bonos familiares, neceſſarios, amicos, bona omnia fere habuerim. tum quod adverſus neminem eorum temere aliquid deliquerim, etiamſi ita affectus fuerim, ut, ſi occaſio incidiſſet, ejuſmodi aliquid admiſiſſem. caeterum numinis beneficio factum eſt, quod nulla ex rerum concurſu occaſio contigerit, quae affectum illum proderet. ab iiſdem fuit, quod apud avi concubinam non ſim diutius enutritus: quod aetatis florem indelibatum ſervaverim, nec ante tempus juſtum virilitatis ſpecimen dederim, ſed ultra etiam quam opus erat, id facere diſtulerim. quod principi patrique eidem ſubditus fuerim, qui me à faſtu omni alienum redderet; fidemque faceret, poſſe in aula ita degi, ut nec ſatellitio, nec veſtitu inſigniore, nec funalibus ſtatuiſque iſtiuſmodi, atque apparatu conſimili opus ſit: ſed poſſe eum, qui rebus praeeſt, ita contrahere ſeſe, ut ad privati ſpeciem proxime accedat, nec propterea tamen, vel demiſſius, vel remiſſius ſe gerat in eis, quae pro republica ad morem imperatorium ſunt exſequenda. quod fratrem eum nactus ſim, qui ad curam mei agendam ſuis moribus me exſtimularet, quique ſimul honore affectuque erga me ſuo animum mihi oblectaret: quod liberi mihi neque ingenio tardi, nec corpore diſtorti obtigerint: quod progreſſus non fecerim ampliores in rhetorica, poetica, ſtudiiſque aliis ejuſmodi, quae me forſan praepeditum detinuiſſent, ſi in eis me feliciter

profe-

profeciſſe ſenſiſſem. quod nutritios meos ad honores, quod expetere ipſi videbantur mihi, mature evexerim, nec ſpe diſtulerim, cum juvenes adhuc eſſent, deinceps id facturum me. quod Apollonium, Ruſticum, Maximum norim. quod de modo vitae naturae convenienter agendae, claras ſatis ac frequentes eas cogitationes in animo habuerim: ut, quantum ad Deos attinet, ac ſuggeſtiones, adjutationes, inſpirationes ab ipſis profectas, nihil obſtet omnino quo minus juxta naturae praeſcriptum confeſtim vivam, niſi ipſe tandem in culpa ſim, qui Deorum ſubmonitiones, et tantum non claras praeceptiones neutiquam obſervem: quod in vita, qualis ea fuerit, corpus mihi tam diu perduraverit: quod nec Benedictam, nec Theodotum attigerim: ſed et poſtea, ex affectibus amatoriis, quibus correptus fueram, ad ſanitatem redierim: quod cum Ruſtico ſaepe ſuccenſerem, nihil ultra admiſerim, cujus poenitere me poſſet. quod mater mea, quamvis juvenis eſſet deceſſura, mecum tamen noviſſimos aetatis annos tranſegerit. quod quotieſcunque animus fuit pauperi alicui, aut alias indigo, opem ferre, nunquam reſponſum eſt, non ſuppetere nummos mihi unde id fieret: quodque nulla mihi unquam talis neceſſitas obtigerit ut ab alio ſumere cogerer. quod uxor ejuſmodi mihi obvenerit, tam obſequens, tam amans, tam ſimplex: quod ea fuerim illorum copia inſtructus, qui ad liberos educandos mihi idonei exiſterent. quod per inſomnia remedia mihi fuerint indicata, cum alia, tum adverſus ſanguinis exſcreationem et capitis vertiginem: quod et Cajetae aliquando factum eſt. quod cum philoſophandi cupiditas inceſſiſſet, non in ſophiſtam aliquem inciderim, nec commentariis evolvendis, vel ſyllogiſmis reſolvendis, vel meteorologicis diſcutiendis, tempus deſes contriverim. etenim iſta omnia Diis adjutoribus ac Fortuna indigebant.

Quae apud Quados ad Granuam.

LIBER

εἰ ᾐσθόμην ἐμαυτὸν ἀόδως προϊόντα. τὸ φθάσαι, τοὺς τροφέας ἐν ἀξιώματι καταστῆσαι, οὗ δὴ ἐδόκουν μοὶ ἐπιθυμεῖν, καὶ μὴ ἀναβαλέσθαι ἐλπίδι, τοῦ μὴ, ἐπεὶ νέοι ἔτι ἦσαν, ὕστερον αὐτὸ πράξειν. τὸ γνῶναι Απολλώνιον, Ρούστικον, Μάξιμον. τὸ φανταθῆναι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου ἐναργῶς καὶ πολλάκις, οἷος τίς ἐστι· ὥστε ὅσον ἐπὶ τοῖς Θεοῖς, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν διαδύσεσι καὶ συλλήψεσι, καὶ [2] ἐπινοίαις, μηδὲν κωλύειν ἤδη κατὰ φύσιν ζῆν με, ἢ ἀπολείπεσθαι ἔτι τούτου παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὸ μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ τῶν Θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μονονουχὶ διδασκαλίας· τὸ ἀντισχεῖν μοι τὸ σῶμα ἐπὶ τοσοῦτον ἐν τοιούτῳ βίῳ· τὸ μήτε [3] Βενεδίκτης ἅψασθαι, μήτε Θεοδότου· ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικοῖς πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι· τὸ χαλεπήναντα πολλάκις Ρουστίκῳ, μηδὲν πλέον πρᾶξαι, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων. τὸ μέλλουσαν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη. τὸ ὁσάκις ἐβουλήθην ἐπικουρῆσαί τινι πενομένῳ, ἢ εἰς ἄλλό τι χρήζοντι, μηδέποτε ἀκοῦσαί με, ὅτι οὐκ ἔστι μοι χρήματα, ὅθεν γένηται· καὶ τὸ αὐτῷ ἐμοὶ χρείαν ὁμοίαν, ὡς παρ' ἑτέρου μεταλαβεῖν, μὴ συμπεσεῖν· τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, οὕτωσι μὲν πειθήνιον, οὕτω δὲ φιλόστοργον, οὕτω δὲ ἀφελῆ· τὸ ἐπιτηδείων τροφέων εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι. τὸ δι' ὀνειράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἄλλά τε, καὶ ὡς μὴ πτύειν αἷμα καὶ μὴ ἰλιγγιᾶν, καὶ τούτου ἐν Καϊήτῃ [6] ὥσπερ χρήσῃ. [7] ὅπως τε ἐπιθύμησα φιλοσοφίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἴς τινα σοφιστὴν, μηδὲ [8] ἀποκαθῆσαι ἐπὶ τοὺς συγγραφεῖς, ἢ συλλογισμοὺς ἀναλύειν, ἢ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι. πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ [9] τύχης δεῖται.

Τὰ ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανούᾳ.

ΒΙΒΛΙΟΝ β.

ΕΩΘΕΝ [1] προλέγειν ἑαυτῷ, Συντεύξομαι πε- 1
ριέργῳ, ἀχαρίστῳ, ὑβριστῇ, δολερῷ, βασκάνῳ,
ἀκοινωνήτῳ. πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ
τὴν ἄγνοιαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ἐγὼ δὲ τεθεωρηκὼς
τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσ-
χρὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτάνοντος φύσιν, ὅτι μοι
συγγενὴς, οὐχὶ αἵματος, ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ
νοῦ, καὶ θείας ἀπομοίρας μέτοχος, οὔτε βλαβῆναι ὑπό
τινος αὐτῶν δύναμαι· αἰσχρῷ γάρ με οὐδεὶς [2] περιβάλ-
λει· οὔτε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, οὔτε ἀπέχ-
θεσθαι αὐτῷ. γεγόναμεν γὰρ πρὸς συνεργίαν, ὡς πό-
δες, ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ στοῖχοι τῶν ἄνω καὶ
τῶν κάτω ὀδόντων. τὸ οὖν ἀντιπράσσειν ἀλλήλοις πα-
ρὰ φύσιν. ἀντιπρακτικὸν δὲ τὸ ἀγανακτεῖν καὶ ἀποστρέ-
φεσθαι. Ο, τί ποτε τοῦτό εἰμι, [3] σαρκία ἐστὶ καὶ 2
πνευμάτιον, καὶ τὸ ἡγεμωνικόν. ἄφες τὰ βιβλία· μη-
κέτι σπῶ. [4] οὐ δέδοται· ἀλλ' ὡς ἤδη ἀποθνήσκων, τῶν
μὲν σαρκίων καταφρόνησον· λύθρος καὶ ὀστάρια, καὶ [5] κρο-
κύφαντον, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον.
θέασαι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα ὁποῖόν τι ἐστίν· ἄνεμος· οὐδὲ
ἀεὶ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ πάσης ὥρας ἐξεμούμενον, καὶ πάλιν
ῥοφούμενον· τρίτον οὖν ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. ὧδε [6] ἀπο-
νοήθετι· γέρων εἶ· μηκέτι τοῦτο ἐάσῃς δουλεῦσαι· μηκέ-
τι καθ' ὁρμὴν [7] ἀκοινώνητον νευροσπαστηθῆναι· μηκέτι
τὸ εἱμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχερᾶναι, ἢ μέλλον [8] ὑπο-
δύεσθαι.

LIBER II.

1 MANE praedicere *memento* tibi, Hodie futurum eſt, ut rem habeam cum curioſo aliquo, ingrato, protervo, doloſo, invido, illiberali. obveniunt illis iſta omnia à bonorum malorumque inſcitia. ego vero, cum et naturam boni norim, quod honeſtum, malique, quod inhoneſtum ſit, ipſamque adeo delinquentis naturam, quod congener mihi ſit, non tam quod ſanguinis ſeminiſque ejuſdem, quam quod mentis ac portionis divinae mecum particeps; nec laedi poſſe me ab horum ullo compertum habeo: (neque enim inhoneſta re aliqua me quiſquam involverit) ſed nec ſuccenſere congeneri poſſum, eumve odiſſe. ſiquidem ad mutuas operas nati ſumus; quo modo pedes, manus, palpebrae, dentium ſuperiorum inferiorumque ordines. adverſari itaque ſibi invicem praeter naturam. adverſantis eſt autem ſuccenſere et 2 averſari. Quicquid ſum, conſtat id omne caruncula, animula, et parte principante. *proinde* mitte libros: nec diſtrahere amplius: (nihil obſtat, quo minus hoc facias) ſed tanquam qui jam ſtatim moriturus ſis, carnes iſtas contemnas: cruor eſt, et officula, et reticulum ex nervis, venulis, arteriiſque contextum. Quin et animam conſidera, qualis ſit: ſpiritus eſt, *ſive aër*; nec is ſemper idem, ſed qui jugiter efflatus denuo reſorbetur. tertium reſtat, pars illa principatum gerens. tu ergo ſic tecum: ſenex es: partim tui principem ſervire ulterius ne ſiveris: ſed nec motibus à communione humana alienis raptari: nec fatum, vel prae- 3 ſens inique ferre, vel futurum pavere. Deorum

opera providentiae plena ſunt. nec quae fortuna fiunt, abſque naturae ope proveniunt, aut ſine connexu implexuque rerum earum quae providentia diſpenſantur. inde profluunt omnia: accedit et neceſſitas quaedam, et totius mundi, cujus tu pars es, utilitas. illud eſt autem parti unicuique bonum, quod univerſi fert natura, quodque ad eandem conſervandam conducit. porro conſervant mundum hunc, ſicut elementorum, ita et concretorum ex his mutationes. Iſta tibi ſufficiant: decretorum vice jugiter ſint. librorum vero ſitim pelle; ut ne murmurans moriaris, ſed vere propitius, Deoque ex animo gratus. Me- 4
mento, quamdiu iſta diſtuleris, et quoties opportunitates à Diis tibi oblatas neglexeris. tandem advertas oportet, cujuſnam mundi pars ſis, et cujuſnam mundi rectoris propago: ſed et praeſcriptum eſſe tibi temporis terminum: quod niſi ad *animum* ſerenandum accommodaveris, avolaturum eſt illud, te ſimul abrepto, nec deinceps rediturum. Cura haec jugiter; incumbat tibi, ut quicquid in manibus eſt, ſtrenue peragas, prout Romanum, virumque decet, cum exquiſita, nec accerſita tamen, gravitate, humanitate, libertate, juſtitia: animumque interim ab aliis omnibus cogitationibus abducas. abduces autem, ſi tanquam vitae tuae noviſſimam, actionem unamquamque peregeris; temeritate omni liberam, et declinatione per affectus vim à rationis dictamine; ſimulatione itidem, et amore ſui, eorumque quae à numine deſtinata ſunt averſatione. Vides, quàm pauca ſint, quae ſiquis tenuerit, proſperam ac divinam propemodum vitam degere detur. ſiquidem et dii ipſi nihil amplius exigent ab eo, qui iſta obſervaverit. Ignomi- 6
nia, ignominia, inquam, te afficis, ô anima. honorem autem tibi tuum vindicandi, haud erit amplius opportunitas. fugit enim unicuique brevis aetas. ea

vero

3 δύεσθαι. Τὰ τῆς Θεῶν προνοίας μεσά. τὰ τῆς τύχης ὑπ' ἄνθ φύσεως, ἢ συγκλώσεως, καὶ ἐπιπλοκῆς τῆς προνοίᾳ διοικουμένων. πάντα ἐκεῖθεν ῥεῖ· προύσεσι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τὸ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, οὗ μέρος ἐσι. παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθὸν, ὃ φέρει ἡ τοῦ ὅλου φύσις, καὶ ὃ ἐκείνης ἐσὶ σωτικόν. σώζουσι δὲ κόσμον, ὥσπερ αἱ τῶν στοιχείων, ὕτως καὶ αἱ τῶν συγκριμάτων μεταβολαί. ταῦτά σοι ἀρκείτω, ἀεὶ δόγματα ἔσω. τὴν δὲ βιβλίων δίψαν ῥίψον, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ἵλεως ἀληθῶς, καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς
4 θεοῖς. Μέμνησο ἐκ πόσου ταῦτα ἀναβάλλῃ, καὶ ὁποσάκις προθεσμίαν λαβὼν παρὰ τῶν θεῶν, οὐ χρᾷ [1] αὐταῖς. δεῖ δὲ ἤδη σοι ἀναθέσθαι, τίνος κόσμου μέρος εἶ, καὶ τίνος διοικητὴς τὸν κόσμον ἀπόρροια ὑπέστης· καὶ ὅτι ὅρος ἐσί σοι περιγεγραμμένος τοῦ χρόνου, ᾧ ἐὰν [2] εἰς τὸ μὴ ἀπαυθριάσαι χρήσῃ, οἰχήσεται, καὶ οἰχήσῃ,
5 καὶ οὐθὶς ὑκ ἥξει. Πάσης ὥρας φρόντιζε σιβαρῶς, ὡς Ρωμαῖος, καὶ ἄρρην, τὸ ἐν χερσὶ μελετῶν τῆς ἀκριβοῦς καὶ ἁπλάστου σεμνότητος, καὶ φιλοστοργίας, καὶ ἐλευθερίας, καὶ δικαιότητος πράσσειν· καὶ σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἄλλων φαντασιῶν πορίζειν. πορίσεις δὲ, ἂν ὡς ἐσχάτην τοῦ βίου, ἑκάστην πρᾶξιν ἐνεργῇς, ἀπηλλαγμένην πάσης εἰκαιότητος, καὶ ἐμπαθοῦς ἀποσροφῆς ἀπὸ τοῦ [3] αὐτοῦ λόγου, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ φιλαυτίας, καὶ δυσαρεσήσεως πρὸς τὰ συμμεμοιραμένα. ὁρᾷς πῶς ὀλίγα ἐσὶν, ὧν κρατήσας τις, δύναται εὔρουν καὶ θεοδῆ βιῶσαι βίον; καὶ γὰρ οἱ θεοὶ πλέον οὐδὲν ἀπαιτήσουσι
6 παρὰ τὸν ταῦτα φυλάσσοντος. Ὕβριζε [4], ὕβριζε αὐτὴν, ὦ ψυχή· τοῦ δὲ τιμῆσαι σεαυτὴν οὐκέτι καιρὸν ἕξεις· [5] εὖ γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ. ὅτος δέ σοι σχεδὸν διήνυσαι,

νυσαι, μὴ αἰδουμένῃ σεαυτὴν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἄλλων ψυ-
χαῖς τιθεμένῃ τὴν σὴν εὐμοιρίαν. Περισπᾷ [1] τί σε 7
τὰ ἔξωθεν ἐμπίπτοντα· καὶ σχολὴν πάρεχε σεαυτῷ τοῦ
προσμανθάνειν ἀγαθόν τι, καὶ παῦσαι ῥεμβόμενος. ἤδη
δὲ καὶ τὴν ἑτέραν περιφορὰν φυλακτέον. ληροῦσι γὰρ καὶ
διὰ πράξεων, οἱ κεκμηκότες τῷ βίῳ, καὶ μὴ ἔχοντες
σκοπὸν, ἐφ' ὃν πᾶσαν ὁρμὴν καὶ καθάπαξ φαντασί-
αν ἀπευθύνουσιν. Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐφιστάνειν, τί ἐν 8
ἄλλου ψυχῇ γίγνεται, οὐ ῥᾳδίως τις ὤφθη κακοδαιμο-
νῶν· τοὺς δὲ τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ πα-
ρακολουθοῦντας, ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν. Τούτων ἀεὶ 9
δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων φύσις, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, καὶ
πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ ὁποῖόν τι μέρος, ὁ-
ποίου τοῦ ὅλου οὖσα, καὶ ὅτι οὐδεὶς ὁ κωλύων τὰ ἀκόλουθα
τῇ φύσει, ἧς μέρος εἶ, πράσσειν τε ἀεὶ καὶ λέγειν.
Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος ἐν τῇ συγκρίσει τῶν ἁμαρ- 10
τημάτων, ὡς ἄν τις [2] κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγκρί-
νειε, φησὶ, βαρύτερα εἶναι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημ-
μελούμενα τῶν κατὰ θυμόν. ὁ γὰρ θυμούμενος μετά τι-
νος λύπης καὶ λεληθείας συστολῆς φαίνεται τὸν λόγον ἀπο-
στρεφόμενος· ὁ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἁμαρτάνων, ὑφ' ἡδο-
νῆς ἡττώμενος, ἀκολαστότερός πως φαίνεται, καὶ θηλύ-
τερος ἐν ταῖς ἁμαρτίαις· ὀρθῶς οὖν καὶ φιλοσοφίας ἀξί-
ως ἔφη, μείζονος ἐγκλήματος ἔχεσθαι τὸ μεθ' ἡδονῆς
ἁμαρτανόμενον, ἤπερ τὸ μετὰ λύπης. ὅλως τε ὁ μὲν
προηδικημένῳ μᾶλλον ἔοικε, καὶ διὰ λύπην ἠναγκασ-
μένῳ θυμοθῆναι· ὁ δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὥρμηται,
φερόμενος ἐπὶ τὸ πρᾶξαί τινα κατ' ἐπιθυμίαν. Ὡς 11
ἤδη δυνατοῦ ὄντος ἐξιέναι τοῦ βίου, οὕτως ἕκαστα ποιεῖν
καὶ διανοεῖσθαι. τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν, εἰ μὲν

θεοί

vero tibi prope confecta eſt, dum tui ipſius reverentiam nullam habes, ſed in aliorum animis felicitatem
7 tuam collocas. Ne te diſtrahant, quae extrinſecus obveniunt tibi: ſed otium tibi praeſtes, quo boni aliquid addiſcas, et huc illuc ferri deſinas. caeterum et alia hic hallucinatio cavenda eſt. nugas ſiquidem agunt actuoſi haud pauci, dum vitam agendo conterunt, ſed ſcopum, ad quem conatus ſuos cogitationeſque omnes dirigant, ſibi propoſitum nullum habent.
8 Vix, aut ne vix quidem quiſquam ideo infeliciter agere deprehenſus eſt, quia in alienis animis quid ageretur non animadverterit: caeterum qui animorum ſuorum motus non attendunt, hi vero infeliciter agant
9 neceſſe eſt. Horum meminiſſe ſemper oportet, quae univerſi, quae tua natura ſit, quomodo haec ad illam affecta, qualiſque pars qualis univerſi exiſtat; quod etiam nemo ſit, qui prohibere te poſſit, quo minus ea facias dicaſque ſemper, quae naturae illi, cujus pars
10 es, conſentanea fuerint. Philoſophice Theophraſtus, in peccatis inter ſe conferendis, prout vulgo conferri ſolent, dicit; graviora eſſe quae per cupidinem, quam quae per iram admittuntur. etenim, qui iraſcitur, cum dolore quodam et contractione animi occulta à rationis tramite declinare videtur: qui vero per cupidinem delinquit, quia voluptate vincitur, intemperantior quodammodo, et in peccando effoeminatior videtur: recte igitur, nec indigne philoſopho, pronunciavit, amplioris eſſe criminis, quod cum voluptate, quam quod cum dolore admittitur. atque omnino alter ei ſimilior exiſtit, qui prior laeſus doloris ratione ad iraſcendum adigitur: cum is ſponte ſua ad laedendum feratur, qui ad perpetrandum quidquam cupidine ducitur.
11 Ita quaeque facias cogiteſque oportet, ut qui confeſtim è vita hac poſſis diſcedere. humanis autem excedere, ſiquidem Dii ſunt, nihil eſt grave. neque enim

enim malo ullo illi involvent te. ſi vero, vel nulli ſunt, vel nullam rerum humanarum curam gerunt, quid attinet tandem vivere in mundo vel Deorum vel providentiae inani? caeterum et ſunt illi, et res humanas curant: et ne in ea, quae vere mala ſunt, incidat quiſquam, in ipſius arbitrio prorſus poſuere: reliquorum ſiquid malum exiſteret, et de hoc utique pariter proſpexiſſent, quo in ipſo ſitum foret, in iſtud quoque ne incideret. at vero, quod hominem deteriorem non facit, vitam hominis deteriorem efficere quî poſſit? nec imprudens autem, nec prudens utique, ſed praecavere aut corrigere impotens, univerſi natura neglexit iſta: nec errorem tam immanem admiſiſſet unquam, ſive per impotentiam, ſive per imperitiam, ut bona ac mala, bonis maliſque ex aequo hominibus, nullo facto diſcrimine, contingere pateretur. atqui mors, et vita, honor et ignominia, dolor et voluptas, opes et paupertas, iſta omnia bonis pariter maliſque contingunt, cum nec honeſta ea, nec inhoneſta ſint. nec bona itaque, nec mala ſunt. Facultatis rationalis eſt, conſiderare, quam velociter evaneſcant omnia, in mundo corpora, in aevo eorundem etiam memoria: cujuſmodi ſint omnia quae ſub ſenſum cadunt; horumque ea maxime, quae vel voluptate alliciunt, vel dolore percellunt, vel cum faſtu celebrantur: quam vilia, quam contemnenda, quam ſordida, caduca, mortua ſint. quinam ii ſint, quorum opiniones voceſque claritatem *largiuntur*. quid ſit ipſum mori: quodque ſiquis rem ipſam per ſe intueatur, cogitationeque ab illa ſubmoverit ea omnia, quibus tanquam larvis horrendis inſtructa imaginationi noſtrae ſe objicit, nihil eſſe aliud comperiet quam opus naturae. opus autem naturae ullum quiſquis expaveſcit, puer eſt. verum enimvero mori non eſt opus tantum naturae, ſed

quod

θεοί εἰσιν, οὐδὲν δεινόν. κακῶς γὰρ σε οὐκ ἂν περιβάλοιεν· [1] ἢ δὲ εἴ τι οὐκ εἰσιν, ἢ οὐ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων, τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν, ἢ προνοίας κενῷ; ἀλλὰ καὶ εἰσι, καὶ μέλει αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων· καὶ τοῖς μὲν κατ' ἀλήθειαν κακοῖς, ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν ἔθεντο· τῶν δὲ λοιπῶν εἴ τι κακὸν ἦν, καὶ τοῦτο ἂν προῄδοντο, ἵνα ἐπῇ τὸ πάντη μὴ περιπίπτειν αὐτῷ. ὃ δὲ χείρω μὴ ποιεῖ ἄνθρωπον, πῶς ἂν τοῦτο βίον ἀνθρώπου χείρω ποιήσειεν; οὔτε δὲ κατ' ἄγνοιαν, οὔτε εἰδῶς μὲν, [2] μὴ δυναμένη δὲ προφυλάξασθαι, ἢ διορθώσασθαι ταῦτα, ἢ τῶν ὅλων φύσις παρεῖδεν ἄν· οὔτε ἂν τηλικοῦτον ἥμαρτεν, ἤτοι παρ' ἀδυναμίαν, ἢ παρ' ἀτεχνίαν, ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπίσης τοῖς τε ἀγαθοῖς ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς προφυρμῶς συμβαίνῃ. θάνατος δέ γε καὶ ζωὴ, δόξα καὶ ἀδοξία, πόνος καὶ ἡδονὴ, πλοῦτος καὶ πενία, πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει ἀνθρώποις τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, οὔτε καλὰ ὄντα, οὔτε αἰσχρά. οὐκ ἄρ' ἀγα-
2 θὰ, οὔτε κακά ἐστι. Πῶς πάντα ταχέως ἐναφανίζει, τῷ μὲν κόσμῳ αὐτὰ τὰ σώματα, τῷ δὲ αἰῶνι αὐτῶν τὴν μνήμην; οἷά ἐστι τὰ αἰσθητὰ πάντα, καὶ μάλιστα τὰ ἡδονῇ δελεάζοντα, ἢ τῷ φόβῳ φοβοῦντα, ἢ τῷ τύφῳ διαβεβοημένα· ὡς ἀτελῆ καὶ ἀκάθαρτα, καὶ ῥυπαρὰ, καὶ εὐφθαρτα, καὶ νεκρὰ, νεκρᾶς δυνάμεως ἐφισάνα. τί εἰσιν οὖν [3] αἱ ὑπολήψεις καὶ αἱ φῆμαι τὴν ἀξίαν. τί ἐστι τὸ ἀποθανεῖν· καὶ ὅτι ἐάν τις αὐτὸ μόνον εἰδῇ, καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, οὐκέτι ἄλλό τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἶναι ἢ φύσεως ἔργον. φύσεως δὲ ἔργον εἴ τις φοβεῖται, παιδίον ἐστί· τοῦτο μέντοι οὐ μόνον φύσεως ἔργόν ἐστιν,

ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ· ὡς ἁπλῆ θεὸς ἄνθρωπος,
καὶ καλά τί αὐτοῦ μέρος, καὶ [1] ὅταν ὡς ἔχῃ διακέῃ,
τὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο μόριον. Οὐδὲν ἀθλιώτερον 13
τοῦ πάντα κύκλῳ ἐκπεριερχομένου, καὶ [2] τὰ νέρθεν γᾶς,
φησὶν, ἐρμηνεύοντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον
διὰ τεκμάρσεως ζητοῦντος, μὴ ἀρθομένου δὲ, ὅτι ἀρκεῖ
πρὸς μόνῳ [3] τῷ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι, καὶ τοῦτον
γνησίως θεραπεύειν. Θεραπεία δὲ αὐτοῦ καθαρὸν πά-
θος διαληρεῖν, καὶ εἰκαιότητος, καὶ δυσαρεσήσεως τῆς πρὸς
τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. τὰ μὲν γὰρ ἐκ θεῶν
ἀβέσιμα δι' ἀρετήν· τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων φίλα διὰ
συγγένειαν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεεινά, δι' ἄγ-
νοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν· οὐκ ἐλάττων ἡ πήρωσις αὕτη
τῆς στερισκήσης τοῦ διακρίνειν τὰ λευκὰ καὶ [4] μέλαινα.
Κἂν τριχίλια ἔτη βιώσεσθαι μέλλῃς, καὶ τοσαυτάκις μύ- 14
ρια, ὅμως μέμνησο, ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ
τοῦτον ὃν ζῇ· οὐδὲ ἄλλον ζῇ, ἢ ὃν ἀποβάλλει. εἰς ταὐτὸ οὖν
καθίσῃ τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ. τὸ γὰρ παρὸν πᾶ-
σιν ἴσον, [5] [εἰ] καὶ τὸ ἀπολλύμενον, οὐκ ἴσον· καὶ τὸ ἀπο-
βαλλόμενον οὕτως ἀκαριαῖον ἀναφαίνει. [6] οὔτε γὰρ τὸ πα-
ρωχηκὸς, οὔτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἄν τις. ὃ γὰρ οὐκ
ἔχει, πῶς ἄν τις τοῦτο αὐτοῦ ἀφέλοιτο; τούτων οὖν τὴν
δύο δεῖ μεμνῆσθαι· ἑνὸς μὲν, ὅτι πάντα ἐξ αἰῶνος ὁμοει-
δῆ καὶ ἀνακυκλούμενα, καὶ οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑ-
κατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν διακοσίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ
τὰ αὐτά τις ὄψεται. ἑτέρου δὲ, ὅτι καὶ ὁ πολυχρονιώ-
τατος, καὶ ὁ τάχιστα τεθνηξόμενος, τὸ ἴσον ἀποβάλλει.
τὸ γὰρ παρὸν ἐστὶ μόνον, οὗ στερίσκεσθαι μέλλει, [7] ὅπερ
γε ἔχει καὶ τοῦτο μόνον· καὶ ὃ μὴ ἔχει τις οὐκ ἀποβάλλει.
Οτι πᾶν ὑπόληψις. [8] δῆλα μὲν γὰρ τὰ [9] πρὸς τὸν 15

Κυνικὸν

quod eidem et conducat: *ejuſdem denique facultatis fuerit, conſiderare,* homo Deum quomodo, et qua ſui parte contingat; quoque pacto habitura ſe ſit pars iſta,
13 ubi corpore ſoluta fuerit. Nihil homine illo miſerius eſt, qui omnia undique pervagatur, et cum ea quae ſubter terram ſunt, quod ille ait, ſcrutatur, tum quae in animis alienis, conjectura nititur indagare; nec intelligit interim ſufficere ſibi, ut cum eo, quem intra ſe gerit, genio verſetur, eumque legitime colat. colet autem, ſi affectibus immunem cuſtodierit, et temeritate alienum, nec offenſum re aliqua, quam vel Dii vel homines egerint. quae enim Dii agunt, virtutis nomine, veneranda: quae homines, cognationis ratione, ſunt amica: ſed et modo quodam miſeranda quandoque ob bonorum malorumque ignorationem, nec ſane defectus hic minor eſt illo, qui alba et nigra in-
14 ternoſcere prohibet. Etiamſi ter mille annos victurus eſſes, et totidem inſuper myriadas, illud tamen meminiſſe debes, nec ullam aliam vitam ab ea, quam degit, amittere quenquam: nec aliam ab ea, quam amittit, degere. eodem ergo redit longiſſimum aetatis ſpatium, cum eo quod eſt breviſſimum. praeſens ſiquidem tempus eſt omnibus aequale: et quod amittitur ergo aequale eſt omnibus: eademque ratione id quod amittitur, momentaneum tantum eſſe conſtat. neque enim aut praeteritum aut futurum amittere quis poteſt. nam quis cuiquam id, quod non habet, abſtulerit? horum itaque duorum meminiſſe oportebit: alterius nimirum, quod omnia ab aeterno conſimilia fuerint, et in orbem ferantur: itaque nihil intereſſe, per centum annos, an per ducentos, an per tempus interminatum, eadem quis viſurus ſit. alterius vero, quod is qui quam diutiſſime vixerit, et is qui quam celerrime mortuus fuerit, tantundem vitae prorſus amittit uterque. praeſens ſiquidem duntaxat uterque tempus amittit, cum hoc duntaxat habeat,
15 nec amittere poſſit quis, quod non habet. In opi-

nione ſita ſunt omnia. docent hoc, quae à Monimo dicta ſunt. horum autem utilitas comparebit, ſi quis quae feſtive ab illo conſcripta ſunt, quatenus veritatem habent patrocinantem, admiſerit. Contumelia 16
ſe afficit anima humana: imprimis, quando abſceſſus et quaſi ſtruma mundi, quantum in ipſo eſt, evadit. abſceſſionem enim facit à natura, in cujus parte aliqua reliquorum omnium cujuſque natura continetur, qui re aliqua obveniente offenditur. deinde cum vel hominem quemcunque averſatur, vel laedendi conſilio adverſatur alicui, hujuſmodi ſunt autem iraſcentium animae. tertio contumelia ſe afficit, cum voluptati vel dolori ſuccumbit. quarto, cum ſimulat, ac ficte vel falſo agit quicquam, loquiturve. quinto, quoties actionem aut conatum ſuum ad nullum certum ſcopum deſtinat, ſed temere agit, et neſcia ipſa, quid velit: cum etiam minutiſſima quaeque ita ſint agenda, ut ad finem ipſum referantur: finis autem animantium rationis participum hic eſt, ut civitatis ac politiae antiquiſſimae rationi legibuſque obſequantur. 17
Vitae humanae tempus, punctum eſt: natura, fluxa: ſenſus, obſcurus: corporis univerſi fabrica, putreſcere prona: anima, vaga: fortuna res imperveſtigabilis: fama, quiddam judicii expers: et, ut verbo dicam, omnia, corporis quidem fluvius; animae vero, ſomnium et fumus: vita, militia, et hoſpitis in peregrino mora: fama poſthuma, oblivio mera. quidnam eſt ergo, quod *hominem* deducere et tranſmittere poſſit? res ſola et unica eſt, philoſophia. ea autem in hoc conſiſtit, ut genium quis ſuum interim conſervet integrum, contumelia ac laeſione omni immunem, voluptate ac dolore omni ſuperiorem, nihil temere aut ficte ſimulateque agentem, ſibi ſufficientem, cum, ut alii faciant aut ne faciant quid, opus nihil habeat: porro quaecunque eveniunt ac deſtinantur ſibi ita excipientem, tanquam inde obvenientia unde venerit ipſe: mente

denique

Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα· δῆλον δὲ καὶ τὸ χρήσιμον
τῦ λεγομένυ, ἐάν τις αὐτῦ [1] τὸ νόσιμον μέχρι τῦ ἀ-
16 ληθῦς δέχηται. Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τῦ ἀνθρώπυ ψυχή,
μάλιστα μὲν ὅταν ἀπόσημα μὲν καὶ οἷον φῦμα τῦ κόσ-
μυ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ γένηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν
γινομένων, ἀπόστασίς ἐστι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει, ἑκά-
στυ τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχουσι. ἔπειτα δὲ, ὅταν ἄν-
θρωπόν τινα ἀποστραφῇ ἢ καὶ ἐναντία φέρηται, ὡς βλά-
ψασα, οἵαί εἰσιν αἱ τῶν ὀργιζομένων. τρίτον ὑβρίζει
ἑαυτὴν, ὅταν ἡσθῆται ἡδονῆς, ἢ πόνυ. τέταρτον, ὅταν
ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάσως, καὶ ἀναλήθως τι ποιῇ, ἢ λέ-
γῃ. πέμπτον, ὅταν πράξίν τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν,
ἐπ' ὐδένα σκοπὸν ἀφίῃ, ἀλλὰ εἰκῇ, καὶ ἀπαρακολυθή-
τως ὁτιῦν ἐνεργῇ· δέον καὶ τὰ μικρότατα, καλὰ τὴν
ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι. τέλος δὲ λογικῶν
ζώων, τὸ ἕπεσθαι τῷ [2] τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς
17 πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ. Τῦ ἀνθρωπίνυ βίυ ὁ
μὲν χρόνος, στιγμή· ἡ δὲ ὐσία, ῥέυσα· ἡ δὲ αἴσθησις,
ἀμυδρά· ἡ δὲ ὅλη τῦ σώματος σύγκρισις, εὔσηπτος·
ἡ δὲ ψυχὴ, [3] ῥόμβος· ἡ δὲ τύχη, δυσέκμαρτον· ἡ δὲ
φήμη, ἄκριτον. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, πάντα, τὰ μὲν τῦ
σώματος, ποταμός· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τύφος
ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένυ ἐπιδημία· [4] ἡ ὑστεροφημία
δὲ, λήθη. τί οὖν τὸ [5] παραπέμψαι δυνάμενον; ἓν καὶ
μόνον φιλοσοφία. τῦτο δὲ, ἐν τῷ τηρεῖν [6] τὸν ἔνδον δαί-
μονα ἀνύβριστον, καὶ ἀσινῆ, ἡδονῶν καὶ πόνων κρείττονα,
μηδὲν εἰκῇ ποιῦντα, μηδὲ διεψευσμένως καὶ μεθ' ὑπο-
κρίσεως, ἀνενδεῆ τῦ ἄλλον ποιῆσαί τι, ἢ μὴ ποιῆσαι·
ἔτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον,
ὡς ἐκεῖθέν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν· ἐπὶ
πᾶσι

πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἴλεῳ τῇ γνώμῃ περιμένειν, ὡς ὃ ἐστιν ἄλλο ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. εἰ δὲ αὐτοῖς τοῖς στοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἕκαστον διηνεκῶς εἰς ἕτερον μεταβάλλειν, διὰ τί ὑπτήσεταί τις τὴν πάντων μεταβολὴν καὶ διάλυσιν; κατὰ φύσιν γάρ· οὐδὲν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν.

Τὰ ἐν Καρνούντῳ.

---

denique propitia placidaque mortem ipſam exſpectantem, tanquam elementorum eorum diſſolutionem, ex quibus animal unumquodque conſtitit. ſi autem elementis ipſis nihil grave contingit, quod in alterum unumquodque eorum jugiter tranſmutatur, cur illam, quae omnibus accidit, mutationem ac diſſolutionem metuat aut ſuſpectam quis habeat? ſecundum naturam quippe fit: nihil eſt autem malum quod eſt naturae conſentaneum.

Quae Carnunti.

LIBER III.

NON eſt hoc tantum nobis cogitandum, ſingu- 1
lis diebus abſumi vitam, minoremque ejuſ-
dem ſupereſſe portionem: ſed et illud repu-
tandum, quod, ſi quis diutius vitam protraxerit, in-
certum ſit, utrum mentis vires pariter idoneas ſit ha-
biturus ad rerum intelligentiam, et ad contemplatio-
nem eam quae ad rerum divinarum humanarumque
peritiam contendit. nam ſi delirare coeperit, perſpi-
ratio forſan, et nutritio, et imaginatio, et appetitus,
et iſtiuſmodi reliqua, neutiquam deficient: ea vero
vis, qua ſeſe uti poſſit, et officii ſui numeros omnes
abſolvere, et quae animo conceperit diſtincte expli-
care, et de hoc ipſo, an mortem ſibi conſciſcere de-
beat, conſiderare, et ejuſmodi univerſa, quae ratio-
nem probe ſubactam deſiderant, *haec, inquam, vis*
jam prorſus exſtincta jacebit. feſtinandum itaque, non
hac ſola ratione, quia mortem propius per momenta
ſingula acceditur, ſed hac inſuper, quia rerum conſi-
deratio et intellectus, ante mortem nos ſaepenumero
deſtituit. Etiam iſtud eſt obſervatu non indignum, 2
quod ea quoque quae à natura genitis ſuperveniunt,
gratiam ſuam quandam et venuſtatem obtinent. quem-
admodum panis cum coquitur particulas quaſdam diſ-
findi cernimus: attamen interciſa et hiantia iſta,
quamvis ab artis piſtoriae inſtituto aliena, decoris ſpe-
ciem quandam prae ſe ferunt, et comedendi deſide-
rium ſuo modo irritant. ficus quoque, ubi plene ma-
turuerint, dehiſcunt. ſed et in olivis praematuris, il-
lud putredini vicinum, gratiam peculiarem quandam
baccae conciliat. ſpicae itidem deorſum vergentes, et
leonis

ΒΙΒΛΙΟΝ γ'.

aliquorum expetentes, de rerum ſtatu praeſente quiritantes, amantes, opes congerentes, conſulatus, regnive appetentes. ita tranſiit, nec jam uſquam eſt illorum vita. rurſus ad Trajani tempora te transferas: eadem denuo cuncta comperies. iſtorum quoque vita morte jam commutata eſt. pari modo tempora alia nota peculiari aliqua deſignata, vel etiam gentes totas contemplare; ſimulque conſidera, quam multi cum in rebus iſtiuſmodi enixe ſe contendiſſent, paulo poſt occiderint, et in elementa ſua reſoluti ſint: illi vero cum primis ſunt memoria recolendi, quos ipſe noris aliquando ſe rebus inanibus diſtinuiſſe, cum id interim facere, quod conditioni propriae conſentaneum erat, huic firmiter inhaerere, eodemque contentum eſſe, neglexerint. illud etiam iſtic meminiſſe oportet, in actione unaquaque eam, quae adhibetur, curam, pro rei dignitate ac congruentia eſſe attemperandam. ita fiet, ne quando faſtidio corripiaris, ſi in rebus minoris aeſtimationis, non diutius, quam par eſt, fueris occupatus. Quae fuerunt uſitata quondam vocabula, gloſſematum loco nunc *habentur*. pari modo et eorum, qui quondam celeberrimi fuerunt, nomina, quaſi gloſſemata quaedam nunc facta ſunt: Camillus, Caeſo, Voleſus, Leonatus: paulo poſt Scipio, et Cato: tum Auguſtus etiam: dein Hadrianus, et Antoninus. evanida enim ſunt omnia, citoque fabularum inſtar obtinent: mox et oblivione prorſus obruuntur. atque haec de eis dico, qui cum admiratione hominum aliquando claruerunt. caeteri enim ſtatim atque exſpiraverint, ignoti ac ne fando quidem auditi fiunt. porro quidnam eſt hoc ipſum memoriam aeternum conſequi? mera vanitas. ecquid eſt igitur, in quod ſtudium conferre par ſit? unum hoc, ut mens ſit juſta, actio ſocialis, † ſermo mendacii expers, affectio prompta ad amplectendum quicquid contigerit, ut neceſſarium, ut familiare, ut principio fonteque iſtiuſmodi profluens. Fato ſponte tua te dedas;

ei

ei permittens, quibuſcunque libuerit rebus te deſtinet.
Dieculae fere unius ſunt, et quod commemorat et quod 35
commemoratur. Hoc jugiter conſidera, omnia iſta 36
quae fiunt, mutatione fieri: et aſſueſce te cogitationi
iſti, nihil aeque diligere univerſi naturam, ac ea quae
jam exſiſtunt mutare, *et ex eis ſic mutatis* nova *prio-*
ribus ſimilia refingere. ſeminis enim rationem habet
quandam quicquid eſt, ad id quod ex eodem futurum
eſt. etenim ſemina ea ſola opinari, quae in terram u-
terumque dejiciuntur, plebejum eſt nimis. Jamjam 37
moriturus es: necdum ſimplex es, imperturbatus, nihil
ſuſpicans extrinſecus tibi poſſe damni afferri, cunctis
propitius, juſte agere unicam prudentiam ratus. Men- 38
tes illorum intuere, et ſtudia etiam, qualia fugiant, qua-
lia proſequantur. In alterius mente malum tuum non 39
eſt ſitum: ſed nec in mutatione et alteratione *corporis*
animam ambientis. ubi ergo? in ea nimirum parte tui,
quae de malis opinatur. iſta *malum* nihil opinetur, et
bene ſe habitura ſunt omnia. etiamſi, quod huic pro-
ximum eſt corpuſculum, ſecetur, uratur, ſuppuretur,
putreſcat, quieſcat tamen pars ea quae de iſtis opina-
tur. h. e. ne cenſeat aut malum aut bonum eſſe, quod
viro malo bonoque pariter poteſt obvenire. quicquid
enim et ſecundum naturam et praeter eandem viven-
ti ex aequo contingit, id ipſum neque ſecundum ne-
que praeter naturam eſt. Cogita jugiter, mundum 40
eſſe animalis unius inſtar, quod materiam unam, ani-
mamque unam obtineat: item quomodo ad ſenſum
hujuſce, unum et illum, omnia referantur: unoque
quaſi impetu ferantur univerſa, et ad omnia produ-
cenda concurrant: quis denique rerum connexus et
contextus ſit. *Animula es cadaver geſtans*; aiebat 41
Epictetus. Nihil mali eſt rebus mutationem ſube- 42
untibus: ſicut nec boni eis quae mutatione interve-
niente conſiſtunt. Flumen quoddam et torrens ra- 43
pidus eſt aevum, ex eis quae hic fiunt *conſiſtens*.

ſimul

35 Πᾶν ἐφήμερον καὶ τὸ μνημονεῦον, καὶ τὸ μνημονευόμενον.
36 Θεώρει διηνεκῶς, [1] πάντα καλὰ μεταβολὴν γινόμενα γίνε· καὶ ἐθίζε ἐννοεῖν, ὅτι οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τοῦ ὅλων φύσις, ὡς τὸ τὰ ὄντα μεταβάλλειν, καὶ ποιεῖν νέα ὅμοια. σπέρμα γὰρ τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὂν τῦ ἐξ αὐτῦ ἐσομένυ. σὺ δὲ μόνα σπέρματα [2] φαντάζει τὰ εἰς γῆν, ἢ μήτραν
37 καταβαλλόμενα· τῦτο δὲ λίαν ἰδιωτικόν. Ηδη τεθνήξῃ, καὶ ὅπως ὅτε ἁπλῦς, ὅτε ἀταράχος, ὅτε ἀνύποπτος τῦ βλαβῆναι ἂν ἔξωθεν, ὅτε ἵλεως πρὸς πάντας, ὅτε τὸ
38 φρονεῖν ἐν μόνῳ τῷ δικαιοπραγεῖν τιθέμενος. Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν διάβλεπε, καὶ [3] τὰς φρονίμυς, οἷα μὲν
39 φάγυσιν, οἷα δὲ διώκυσιν. Εν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὸν οὐχ ὑφίσαται· οὐδὲ μὲν ἔν τινι τροπῇ καὶ ἑτερώσει [4] τῦ περιέχοντος· πῦ οὖν; ὅπυ τὸ περὶ κακῶν ὑπολαμβάνον ζοί ἐσι. τῦτο οὖν μὴ ὑπολαμβανέτω, καὶ πάντα εὖ ἕξει. κἂν τὸ ἐγγυτάτω αὐτῦ τὸ ζωμάτιον, τέμνῃ, καίῃ, διαπυίσκῃ, σήπῃ, ὅμως τὸ ὑπολαμβάνον περὶ τύτων μόριον, ἡσυχαζέτω· [5] τοιῦτόν ἐσι, κρινέτω μήτε κακόν τι εἶναι, μήτε ἀγαθὸν, ὃ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ ζυμβαίνειν. ὃ γὰρ
40 [6] καὶ τῷ καλὰ φύσιν βιῶνλι ἐπίσης ζυμβαίνει, ὅτε τῦτο καλὰ φύσιν ἐσὶν, ὅτε παρὰ φύσιν. Ως ἓν ζῶον τὸν κόσμον, μίαν ὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, ζυνεχῶς ἐπινοεῖν· καὶ πῶς εἰς αἴσθησιν μίαν τὴν τύτυ, πάντα ἀναδίδο). καὶ πῶς ὁρμῇ μιᾷ πάντα πράττει· καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γινομένων ζυναίτια· καὶ οἷά τις ἡ
41 σύννησις καὶ ζυμπάρυσις. Ψυχάριον εἰ βασάζον νε-
42 κρὸν, ὡς Επίκτητος ἔλεγε. Ουδέν ἐσι κακὸν τοῖς ἐν μεταβολῇ γινομένοις· ὡς οὐδὲ ἀγαθὸν ἐκ μεταβολῆς
43 ὑφισαμένοις. Πολαμός τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ ῥεῦ-

μα βίαιον, ὁ αἰών. ἅμα τε γὰρ ὥφθε ἕκασον, καὶ παρενήνεκ), καὶ ἄλλο παραφέρε), τὸ δὲ ἐνεχθήσε). Πᾶν 44
τὸ ξυμβαῖνον ὕτως σύνηθες καὶ γνώριμον, ὡς τὸ ῥόδον ἐν τῷ ἔαρι, καὶ ὀπώρα ἐν τῷ θέρι· τοιῦτον γὰρ καὶ νόσος, καὶ θάναλος καὶ βλασφημία, καὶ ἐπιβυλὴ, καὶ ὅσα τὺς μωρὺς ἀφραίνι ἢ λυπεῖ. Τὰ ἐξῆς ἀεὶ τοῖς προ- 45
ηγησαμβύοις οἰκείως ἐπιγίνε)· ὰ γὰρ οἷον [1] καλαρίθμησίς τις ἐσὶν ἀπηρλημβύως, καὶ μόνον τὸ καληναλκασμένον ἔχυσα· ἀλλὰ ξυνάφεια εὔλογος· καὶ ὥσπερ ξυντέτακ) ξυνηρμοσμβύως τὰ ὄνλα, ὕτως τὰ γινόμβυα ὰ διαδοχὴν ψιλὴν, ἀλλὰ θαυμασήν τινα οἰκειότηλα ἐμφαίνι. Αεὶ τῦ [2] Ηρακλειλείυ μεμνῆθαι· ὅτι γῆς 46
θάναλος ὕδωρ γλυέθαι, καὶ ὕδαλος θάναλος ἀέρα γενέθαι, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. μεμνῆθαι δὲ καὶ [3] τῦ ἐπιλανθανομβύυ ἢ ἡ ὁδὸς ἄγι· καὶ, ὅτι ᾧ μάλισα διηνεκῶς ὁμιλῦσι λόγῳ τῷ τὰ ὅλα διοικῦνλι τύτῳ διαφέρον)· καὶ οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυρῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνε)· καὶ, ὅτι ὰ δεῖ ὥσπερ καθάδονλας ποιεῖν, καὶ λέγειν· καὶ γὰρ τότε δοκῦμβυ ποιεῖν καὶ λέγειν· καὶ [4] ὅτι ὰ δεῖ παῖδας τοκέων, ὧν τῦτ' ἔσι, καλὰ ψιλὸν, καθότι παρειλήφαμβυ. Ωσπερ εἴ τίς σοι θεῶν εἶ- 47
πεν, ὅτι αὔριον τεθνήξῃ, ἢ πάνλως εἰς τρίτην, ὐκ ἔτ' ἂν παρὰ μέγα ἐποίυ, τὸ εἰς τρίτην μᾶλλον ἢ αὔριον, εἴ γε μὴ ἐχάτως ἀγλυνὴς εἶ. πόσον γὰρ ἐσὶ τὸ μελαξύ; ὕτως καὶ τὸ εἰς πολλοσὸν ἔτος μᾶλλον ἢ αὔριον, μηδὲν μέγα εἶναι νόμιζε. Εννοεῖν ξυνεχῶς· 48
πόσοι μὲν ἰαλροὶ ἀπολεθνήκασι, πολλάκις [5] τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τῶν ἀῤῥώσων ξυπάσανλες· πόσοι δὲ μαθημαλικοὶ, ἄλλων θανάτυς, ὡς τι μέγα περειπόνλες· πόσοι δὲ φιλόσοφοι, περὶ θανάτυ ἢ ἀθανασίας μυρία διατεινά-

ſimul enim atque comparuerit quicquam, abripitur; et aliud quidem abripitur, illud vero denuo inferetur.
44 Quodcunque contingit, tam conſuetum, tamque notum eſt, quam aut roſa vere, aut aeſtate fructus. tale quiddam et morbus, et mors, et calumnia, et inſidiae, et quicquid fatuos homines vel exhilarat vel contriſtat.
45 Subſequentia antecedentibus ſemper apte annectuntur. neque enim eſt quaſi innumeratio *ſimplex* rerum à ſe invicem diſcretarum, quae neceſſitate tamen quadam contineantur; ſed rationi conſentanea connexio; et quemadmodum ea quae in mundo exiſtunt, concinne admodum certo inter ſe ordine componuntur: ita et quae fiunt, non ſucceſſionem nudam, ſed admirabilem
46 quandam concinnitatem prae ſe ferunt. Dictum illud Heracliti in memoria ſemper habeatur; *terrae mors eſt, aquam fieri; aquae mors eſt, aërem fieri; aëris vero, ignem fieri:* et è converſo. illius quoque meminiſſe *profuerit*, qui quo via duceret, oblitus eſt. quodque plerique à ratione illa diſſentiunt, qua cum vel maxime converſantur jugiter, quaque univerſa adminiſtrantur, et peregrina eis videntur, quibus quotidie occurrunt: item nihil tanquam per ſomnum agendum, dicendumve, ſiquidem dormientes quoque multa agere, et dicere videmur: ſed nec puerorum inſtar *quicquam agendum h. e.* ex mera traditionis ratione, quia à pa-
47 rentibus ſic accepimus. Quemadmodum ſi Deorum quis praediceret tibi, aut cras, aut ſummum perendie, moriturum te, haud in magno poneres, niſi animi eſſes abjectiſſimi, perindie potius quam craſtino mori. quantulum enim intereſſet? pari modo nec magni quicquam exiſtimes, ad milleſimum annum potius, quam
48 ad craſtinum diem. Crebro apud te reputa, quot medici ſint mortui, qui ſuper decumbentes, *tanquam conclamatos jam*, ſupercilia contraxerint: quot mathematici, qui aliorum fata quaſi magnum quid *eſſet id poſſe*, praedixerint: quot philoſophi, poſtquam de

morte et immortalitate tam multa diſſeruiſſent: quot ſtrenui bellatores, cum multos trucidaſſent: quot tyranni, poſtquam vitae neciſque poteſtatem, tanquam extra mortis aleam poſiti, diro cum faſtu exercuerant: quot etiam urbes, ut ſic dicam, intermortuae ſint; Helice, Pompeii, Herculanum, aliaeque innumerabiles. percurre itidem quoſcunque noveris ipſe, qui vice frequenti, alii alios ubi ſepelierant, & ipſi tandem elati ſunt: quamque exiguo haec omnia tempore contigerint. horum ſumma huc redit, ut humana omnia ſemper ſic aſpicias tanquam quae diurna et vilia ſint: quod enim heri mucus fuerat, cras ſalſura ſit aut favilla. utque temporis ideo punctum hoc inſecabile naturae convenienter tranſigas, ac propitius decedas: perinde ac oliva maturitatem adepta ceciderit, † *naturam* quae protulit collaudans, arboriqué è qua prodiit gratias agens. Promontorii par eſto, cui 49
fluctus jugiter cum allidantur, ipſum tamen conſiſtit, undarumque circumfuſum ſibi aeſtum compeſcit. Infelicem me, *inquit ille*, quod mihi iſtud contigerit. imo, felicem me quod etiamſi contigerit, nil doleam tamen, nec aut praeſentibus frangar, aut futura reformidem. accidere enim ejuſmodi quid quivis poterat: at non quivis citra animi aegritudinem *caſum* ejuſmodi tuliſſet. quamobrem ergo illud infelicitatis potius, quam felicitatis iſtud *loco habetur?* num illud hominis infortunium dicis quod naturam humanam fine ſuo excidere non efficit? an id autem, ut tibi videtur, naturam humanam fine ſuo excidere efficit quod non ſit praeter ejuſdem voluntatem? quid autem ea velit, non eſt ut nunc diſcas. nunquid caſus ullus prohibeat te, juſtum eſſe, magnanimum, temperantem, prudentem, aſſentiendi temeritate, errore immunem, modeſtum, liberum, aut aliud quid eorum, quae ubi affuerint, natura humana ſua obtinet univerſa? memineris deinceps, quoties inciderit quicquam

τεινάμενοι· πόσοι δὲ ἀριστεῖς πολλοὺς ἀποκτείναντες· πόσοι δὲ τύραννοι, ἐξουσίᾳ ψυχῶν μετὰ δεινοῦ φρυάγματος, ὡς ἀθάνατοι κεχρημένοι· πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι, ἵν' οὕτως εἴπω, τεθνήκασιν, [1] Ελίκη, καὶ [2] Πομπήϊοι, καὶ [3] Ηράκλανον, καὶ ἄλλαι ἀναρίθμητοι. ἔπιθι δὲ καὶ ὅσους οἶδας, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, [4] ὁ μὲν τοῦτον κηδεύσας, εἶτα ἐξετάθη, ὁ δὲ ἐκεῖνον· πάντα δὲ ἐν βραχεῖ. [5] τὸ γὰρ ὅλα κατιδεῖν ἀεὶ τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα καὶ ἀτελῆ· καὶ ἐχθὲς μὲν [6] μυξάριον, αὔριον δὲ τάριχος, ἢ τέφρα. τὸ ἀκαριαῖον οὖν τοῦτο τοῦ χρόνου κατὰ φύσιν διελθεῖν, καὶ ἵλεων καταλῦσαι· ὡσανεὶ ἐλαία πέπειρος γενομένη ἔπιπτεν, ἀφημοῦσα τὴν ἐνεγκοῦσαν,
49 καὶ χάριν εἰδυῖα τῷ φύσαντι δένδρῳ. Ομοιον εἶναι τῇ ἄκρᾳ, ᾗ διηνεκῶς τὰ κύματα προσρήσσετο· ἡ δὲ ἔστηκε, καὶ περὶ αὐτὴν κοιμίζετο τὰ φλεγμήναντα τοῦ ὕδατος. Ατυχὴς ἐγὼ, ὅτι τοῦτό μοι συνέβη. οὐμενοῦν· ἀλλ' ἀτυχὴς ἐγὼ ὅτι τούτου μοι συμβεβηκότος, ἄλυπος διατελῶ, οὔτε ὑπὸ παρόντος θραυόμενος, οὔτε ἐπιὸν φοβούμενος. συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτο παντὶ ἐδύνατο· ἄλυπος δὲ οὐ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἂν διετέλεσεν. διὰ τί οὖν ἐκεῖνο μᾶλλον ἀτύχημα, ἢ τοῦτο ἀτύχημα; λέγεις δὲ ὅλως ἀτύχημα ἀνθρώπου, ὃ οὐκ ἔστιν [7] ἀπότελγμα τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου; ἀπότελγμα δὲ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναί σοι δοκεῖ, ὃ μὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς φύσεως αὐτοῦ ἐστι; [8] τί οὖν τὸ βούλημα, μεμάθηκας; μήτι οὖν τὸ συμβεβηκὸς τοῦτο κωλύσειε δίκαιον εἶναι; μεγαλόψυχον; σώφρονα; ἔμφρονα; [9] ἀπρόπτωτον; ἀδιάψευστον; αἰδήμονα; ἐλεύθερον; τ' ἄλλα [10] ἃ συμπαρόντων ἡ φύσις ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀπέχει τὰ ἴδια; μέμνησο λοιπὸν ἐπὶ παντὸς τοῦ εἰς λύπην σε

προα-

προαγομένῳ, τούτῳ χρῆσθαι τῷ δόγματι. [1] οὐχ ὅτι τοῦτο ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ γενναίως, εὐτύχημα. Ἰδιωτικὸν μέν, ὅμως δὲ ἀνυσιτικὸν βοήθημα πρὸς θανάτου καταφρόνησιν, ἡ ἀναπόλησις τῶν γλίσχρως ἐνδιαπεφυρμένων τῷ ζῆν. τί οὖν αὐτοῖς πλέον, ἢ τοῖς ἀώροις; πάντως οὐ πολὺ κεῖνται. [2] Κασσιανὸς, Φάβιος, Ἰουλιανὸς, Λέπιδος, ἢ εἴ τις τοιοῦτος, [3] οἱ πολλοὺς ἐξήνεγκαν, εἶτα ἐξηνέχθησαν. ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα, καὶ τοῦτο δι' ὅσων, καὶ μεθ' οἵων ἐξαντλούμενον, καὶ ἐν οἵῳ σωματίῳ; μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα. βλέπε γὰρ ὀπίσω τὸ ἀχανὲς τοῦ αἰῶνος, καὶ τὸ πρόσω ἄλλο ἄπειρον. ἐν δὴ τούτῳ, τί διαφέρει ὁ τριήμερος τοῦ τριγερηνίου; Ἐπὶ τὴν σύντομον ἀεὶ τρέχε. σύντομος δὲ ἡ κατὰ φύσιν· ὥστε κατὰ τὸ ὑγιέστατον, πᾶν λέγειν καὶ πράσσειν. ἀπαλλάσσει γὰρ ἡ τοιαύτη πρόθεσις [4] κόπων, [5] πραπείας, καὶ πάσης [6] οἰκονομίας, καὶ κομψείας.

BIB-

quicquam quod ad triſtitiam impellat te, decreto hoc uti: non eſt infelix caſus iſte, ſed fortiter ferre hoc felicitatis eſt. Vulgare quidem hoc eſt, efficax tamen ad mortem contemnendam adminiculum, ſi eos recolas qui vitae avidi eidem fueriut diu immorati. quid enim amplius illis, quam immature defunctis *contigit?* Omnino jacent alicubi *defuncti et illi*, Cadicianus, Fabius, Julianus, Lepidus, aut ſi quis alius hujuſmodi, qui poſtquam multos extulerant, efferebantur et ipſi. exiguum enim omnino intercedit ſpatium; idque per quot *moleſtias*, cum quibus *hominibus*, in quali corpuſculo exantlatum? ne ergo pro re momenti alicujus *habeto*. ſi enim aevi praeteriti immenſitatem adverteris et futuri itidem infinitatem, quid tandem diſtabit, triduanus qui fuerit, ab eo qui ſecula tria tranſegerit? Via compendiaria ſemper incedas. compendiaria eſt ea, quae ſecundum naturam eſt, in omni nimirum cum dictione, tum actione, veri rectique curam habere. etenim propoſitum iſtiuſmodi moleſtiis militiaque, ſed et diſſimulatione omni atque oſtentatione immunem praeſtabit.

LIBER V.

MANE, cum gravatim exſurgis, in promptu ſit *tecum hoc modo diſſerere*; ad opus humanum jam expergiſcor: num vero aegre feram, ſi ad ea agenda proficiſcor, quorum gratia natus et in mundum productus ſum? aut nunquid ad hoc conditus ſum, ut ſtragulis involutum decumbens me foveam? at hoc, *inquis*, oblectat magis. nunquid ergo ad oblectandum te natus es? non autem ad faciendum aut agendum aliquid? an non arbuſculas, aviculas, formicas, araneas, apiculas vides, eam quam in mundo ſtationem obtinent, excolere ſatagentes? tu *autem*, quae hominis ſunt, facere recuſas? *et* non properas *potius* ad id, quod naturae tuae convenit? at quiete quoque opus eſt, *inquis*. eſt *fateor*; ſed quieſcendi modum etiam natura praeſcripſit. praeſcripſit et edendi atque bibendi: tu vero ultra modum, ultra id quod ſufficit, in iſtis procedis. caeterum in agendo ſecus te geris, et intra id quod poteras, *contines te*. etenim *vere* temet non diligis. alioqui naturam tuam, quaeque illa vult, diligeres: ſiquidem artes ſuas qui diligunt artifices, earundem operibus etiam intabeſcunt, illuvie inediaque affecti. tu *vero* naturam tuam minoris aeſtimas, quam tornator tornaturam, aut hiſtrio hiſtrioniam, aut avarus argentum, aut ambitioſus gloriolam. et iſti enim, ubi rebus hiſce addicti fuerint, nec cibum, nec ſomnum capere magis expetunt quam iſta, ad quae tam enixe feruntur, promovere: num autem tibi actiones ſocietatem humanam ſpectantes ſordeant magis, quam ut pari induſtria dignae cenſeantur? Quam facile eſt imaginationem omnem vel turbulentam vel inconvenientem ita amoliri

ΒΙΒΛΙΟΝ έ.

1 Ορθρυ ὅταν δυσόχνως ἐξεγείρῃ, προχειρον ἔσω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπυ ἔργον ἐγείρομαι· ἔτι ὢν δυσκολαίνω, εἰ προβαίνομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τῦτο καθεσκεύασμαι, ἵνα καλακείμενος τοῖς σρωματίοις ἑαυτὸν θάλπω; ἀλλὰ τῦτο ἥδιον. πρὸς τὸ ἥδεσθαι ὢν γέγονας; ὅλως δὲ ὑ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν; ὑ βλέπεις τὰ φυλάρια, τὰ σρυθάρια, τὰς μύρμηκας, τὰς ἀράχνας, τὰς μελίσσας, τὸν καθ' αὐτὰς ζυγκοσμύσας κόσμον; σὺ ὑ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; ὑ τρέχεις ἐπὶ τὸ καθὰ σὴν φύσιν; ἀλλὰ δεῖ γὰρ ἀναπαύεσθαι· δεῖ. ἔδωκε γὰρ τύτυ μέτρα ἡ φύσις. ἔδωκε μέν τοι καὶ τῦ ἐσθίειν, καὶ πίνειν· καὶ ὅμως σὺ, ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρκῦντα προχωρεῖς. ἐν ταῖς πράξεσι δὲ ὐκ ἔτι, ἀλλ' ἑνὸς τῦ δυναμένυ. ὑ γὰρ φιλεῖς ζεαυτόν. ἐπεί τοι γὰρ τὴν φύσιν ἄν ζυ, καὶ τὸ βέλημα ταύτης ἐφίλεις· ἄλλοι τε τὰς τέχνας ἑαυτῷ φιλῦντες, ζυγκαλατήκον) τοῖς κατ' αὐτὰς ἔργοις, ἄλλοι γὰρ ἄσιλοι. ζὺ τὴν φύσιν τὴν ζαυτῦ ἔλασσον τιμᾷς, ἢ ὁ τορνάτης τὴν τορνάτικὴν, ἢ ὁ ὀρχησὴς τὴν ὀρχησικὴν, ἢ ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον, ἢ ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον. γὰρ ὕτοι, ὅταν προσπαθῶσιν, ὔτε φαγεῖν, ὔτε κοιμηθῆναι θέλυσι μᾶλλον, ἢ ταῦτα ζυναύξειν πρὸς ἃ φέρον). ζοὶ δὲ αἱ κοινωνικαὶ πράξεις τελέσεραι φαίνον), 2 γὰρ ἥσσονος σπυδῆς ἄξιαι; Ως εὔκολον, ἀπώσασθαι γὰρ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν φανλασίαν τὴν ὀχληρὰν ἢ ἀνοίκειον,

ϗ ἐυθὺς ἐν πάσῃ γαλήνῃ εἶναι. Αξιον ἑαυτὸν κρίνε 3
παντὸς λόγου ϗ ἔργου τοῦ κατὰ φύσιν· ϗ μή σε παρειπά-
τω ἡ ἐπακολουθοῦσά τινων μέμψις ἢ [1] λόγος. ἀλλὰ [2] ἐ-
καλὸν πεπρᾶχθαι, ἢ ειρῆσθαι, μὴ σεαυτὸν ἀπαξίου. ἐκεῖ-
νοι μὲν γὰρ, ἴδιον ἡγεμονικὸν ἔχουσι, ϗ ἰδίᾳ ὁρμῇ χρῶν·
ἃ σὺ μὴ περιβλέπου, ἀλλ' ἐυθεῖαν πέραινε, ἀκολουθῶν τῇ
φύσει τῇ ἰδίᾳ ϗ τῇ κοινῇ. μία δὲ ἀμφοτέρων τούτων ἡ
ὁδός. Πορεύομαι διὰ τὴν κατὰ φύσιν, μέχρι πεσὼν 4
ἀναπαύσομαι, ἐναποπνεύσας μὲν τούτῳ, ἐξ οὗ καθ' ἡμέ-
ραν ἀναπνέω, πεσὼν δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐξ οὗ ϗ τὸ σπερμάτιον
ὁ πατήρ μου συνέλεξε, ϗ τὸ αἱμάτιον ἡ μητὴρ, ϗ τὸ γα-
λάκτιον ἡ τροφός· ἐξ οὗ καθ' ἡμέραν τοσούτοις ἔτεσι βόσ-
κομαι, ϗ ἀρδεύομαι, ὃ φέρει με πατοῦντα, ϗ εἰς τοσαῦτα
ἀποχρώμενον ἑαυτῷ. Δριμύτητά σου οὐκ ἔχουσι θαυ- 5
μάσαι. ἔστω· ἀλλὰ ἕτερα πολλὰ, ἐφ' ὧν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν,
οὐ γὰρ πέφυκα. ἐκεῖνα οὖν παρέχου, ἅπερ ὅλα ἐστὶ ἔν σοι,
τὸ ἀκίβδηλον, τὸ σεμνὸν, τὸ φερέπονον, τὸ ἀφιλήδονον,
τὸ ἀμεμψίμοιρον, τὸ ὀλιγοδεὲς, τὸ εὐμενὲς, τὸ ἐλεύθε-
ρον, τὸ ἀπέρισσον, τὸ ἀφλύαρον, τὸ μεγαλεῖον. οὐκ
αἰσθάνει, πόσα ἤδη παρέχεσθαι δυνάμενος, ἐφ' ὧν οὐ-
δεμία ἀφύας ϗ ἀνεπιτηδειότητος πρόφασις, ὅμως ἔτι
κάτω μένεις ἑκών; ἢ ϗ γογγύζειν, καὶ γλιχρεύεσθαι,
ϗ κολακεύειν, ϗ τὸ σωμάτιον καταιτιᾶσθαι, καὶ [3] ἀ-
ρεσκεύεσθαι, καὶ [4] περπερεύεσθαι, καὶ τοσαῦτα ῥιπ-
τάζεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ ἀφυῶς κατασκευάσθαι, ἀ-
ναγκάζῃ; οὐ, μὰ τοὺς θεούς· ἀλλὰ τούτων μὲν πάλαι
ἀπηλλάχθαι ἐδύνασο. μόνον δὲ, εἰ ἄρα ὡς βραδύτε-
ρος, ϗ δυσπαρακολουθητότερος [5] καταγινώσκεσθαι, καὶ
τοῦτο δὲ ἀσκητέον, μὴ [6] παρενθυμουμένῳ, μηδὲ ἐμφιλη-
δονοῦντι τῇ [7] νοθείᾳ. Ο μέν τίς ἐστιν, ὅταν τι δεξιὸν 6

περί

liri et abſtergere, ut in ſumma ſtatim tranquillitate
3 conſiſtas? Nullum aut ſermonem aut actionem indignum te cenſeas, qui naturae fuerit conſentaneus: neque avertat ab eo te, quae ſequi poſſit, quorumlibet hominum reprehenſio aut vituperatio. ſed ſi dictu factuve honeſtum fuerit, indignum te ne exiſtimes. habent enim illi mentem propriam, proprioque ducuntur impulſu: quae tu noli attendere, ſed recta perge, naturae tum propriae, tum et communi obſecutus. ea-
4 dem enim eſt harum utriuſque via. Per ea quae naturae ſunt conſentanea incedo, donec occumbens tandem conquieſcam, eo expirando, unde ſpiritum quotidie haurio, eoque recidendo, unde et ſeminium mei pater, et ſanguinem mater, et lac nutrix collegit; unde quotidianum per tot annos cibum potumque accepi, quod calcantem, et ad tam varios uſus
5 eo abutentem me ſuſtinuit. Acumen tibi non eſt, quod ſit admirationi cuiquam. multa tamen ſunt alia, de quibus dicere nequeas, non eſſe te *ad ea* aptum natum. haec itaque praeſta, quae in te omnino ſunt ſita, animum ſincerum, gravem, laborum tolerantem, voluptatem abſtinentem, ſorte contentum, paucorum indigum, mitem, liberum, luxu alienum, ſerium, ſublimem. an non intelligis quam multa praeſtare jam poſſis, ad quae quin habilis ſis et aptus, nihil eſt quod cunſere, infra *haec* tamen ſponte perſiſtis? num et per conditionis naturalis defectum aliquem obmurmurare, reſtrictum eſſe, adulari, corpuſculum tuum incuſare, aſſentari, oſtentare te, animo tantopere jactari, cogeris? nequaquam, per Jovem; ſed his omnibus jam olim licuit tibi eſſe immunem. hoc tantummodo nomine ſi notari poteras quod tardiori hebetiorique ingenio natus ſis, exercitatione vitium iſtud corrigere conandum fuerat, hebetudinem tuam neque inſuper habendo,
6 neque in eadem tibi complacendo. Eſt, qui ubi gratum quid alicui fecerit beneficium imputare proclivis

clivis ſit. eſt, qui etiamſi imputare haud ita proclivis ſit, pro debitore tamen apud ſe habet eum cui benefecit, quidque fecerit, novit. eſt et, qui quid fecerit, quodammodo ne novit quidem; ſed viti ſimilis eſt, quae racemum ubi tulerit, fructumque ſibi proprium ſemel dederit, nihil ulterius requirit. ſicut equus ubi cucurrerit, canis venatus fuerit, apes mel confecerit; ita iſte ubi benefecerit, non clamore proſequitur, ſed ad aliud *ejuſmodi opus* ſe transfert; quemadmodum vitis ad racemos alios denuo ſuo tempore producendos. in horum ergo numero eſſe oportet, qui quid faciant, ipſi quodammodo ne intelligunt quidem? ita plane. at hoc ipſum, inquis, quid agas intelligere neceſſarium eſt. eſt enim ſocietatis legem colentis proprium hoc, ut ſentiat ſe ſecundum legem illam agere; et ut velit etiam, per Jovem, eum quo cum ſic agit, id perſentiſcere. verum eſt, fateor, quod dicis: veruntamen, quod jam dictum eſt, ſi ſecius ceperis, ex eorum numero futurus es, quorum priore loco memineram: ſiquidem et illi rationis ſpecie quadam probabili abducuntur. tu autem, ſi id quod dixeram recte intelligere volueris, noli metuere, ne hac de cauſſa benefaciendi occaſionem ullam ſis omiſſurus. Athenienſium 7 votum erat, *Plue, plue, chare Jupiter, ſuper Anienſium arva et prata.* aut nihil omnino precari, aut hoc modo ſimpliciter et ingenue precari par eſt. Cujuſ- 8 modi illud eſt, quod dici ſolet, *Æſculapium* huic vel illi *coordinaſſe*, ut equitet, ut frigida proluatur, ut diſcalceatus incedat: ejuſmodi quiddam eſt, et quod huic vel illi coordinavit univerſi natura, ut morbo teneatur, corpore mutiletur, *liberos* amittat, aut aliud tale quippiam. ſiquidem et ibi *coordinavit* illud, ſenſum hunc habet, ac ſi diceretur, hoc ad illud ordinavit, tanquam quod ad ejuſdem ſanitatem conducat: atque iſtic pariter, quicquid unicuique contingit, ad illud ordinatur quodammodo quod fato congruum exiſtat.

περί τινα πραξιν, προχειρος ἡ λογίσασθαι αὐτῷ τὴν χάριν. ὁ δὲ θεὸς τοῦτο μὲν ἀπρόχειρος, [1] ἄλλως μέν τοι παρ' ἑαυτῷ, ὡς περὶ χρεώστου διανοεῖται, ἡ οἶδεν ὃ πεποίηκεν. ὁ δέ τις τρόπον τινὰ μὴδὲ οἶδεν ὃ πεποίηκεν· ἀλλὰ ὅμοιός ἐστιν ἀμπέλῳ βότρυν ἐνεγκάσῃ καὶ μηδὲν ἄλλο προσεπιζητήσῃ, μετὰ τὸ ἅπαξ τὸν ἴδιον καρπὸν ἐνηνοχέναι. ἵππος δραμὼν, κύων ἰχνεύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα, ἄνθρωπος δ' εὖ ποιήσας, οὐκ ἐπιβοᾶται, ἀλλὰ μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον, ὡς ἄμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τὸν βότρυν ἐνεγκεῖν. ἐν τούτοις οὖν δεῖ εἶναι, τοῖς τρόπον τινὰ ἀπαρακολουθήτως αὐτὸ ποιοῦσι; ναί· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ παρακολουθεῖν. ἴδιον γὰρ, φησὶ, τῆς κοινωνικῆς, τὸ αἰσθάνεσθαι ὅτι κοινωνικῶς ἐνεργεῖ, ἡ νὴ Δία, βούλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι. ἀληθὲς μέν ἐστι ὃ λέγεις· τὸ δὲ νῦν λεγόμενον, [2] παρεκδέχῃ, διὰ τοῦτο ἔσῃ εἰς ἐκείνων, ὧν πρότερον ἐπεμνήσθην· ἡ γὰρ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι παράγονται. ἐὰν δὲ θελήσῃς συνεῖναι τί ποτέ ἐστι τὸ λεγόμενον, μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο παραλι-
7 πῇς τι ἔργον κοινωνικόν. [3] Εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, καλὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. ἤτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι, ἢ οὕτως, ἁπλῶς καὶ
8 [4] ἐλευθέρως. Οποῖόν ἐστι τὸ λεγόμενον, ὅτι συνέταξεν [5] ὁ Ἀσκλήπιος τούτῳ ἱππασίαν, ἢ ψυχρολουσίαν, ἢ ἀνυποδησίαν· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, συνέταξεν τούτῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις νόσον, ἢ πήρωσιν, ἢ ἀποβολὴν, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιούτων. καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ συνέταξεν, τοιοῦτόν τι σημαίνει, [6] ἔταξε τοῦτο πρὸς τοῦτο, ὡς καλάλληλον εἰς ὑγίειαν· καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαῖνον ἑκάστῳ τέτακταί πως πρὸς αὐτὸ [7] καλάλληλον εἰς τὴν εἱμαρμένην. οὕτως γὰρ

γὰρ καὶ αὐτὰ συμβαίνειν ἡμῖν λέγομεν, ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσι, ἢ ταῖς πυραμίσι συμβαίνειν οἱ τεχνῖται λέγουσι, συναρμόζοντας ἀλλήλοις τῇ ποιᾷ συνθέσει. Ολως γὰρ ἁρμονία ἐστί μία. καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται· οὕτως ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἱμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. νοοῦσι δὲ ὃ λέγω, καὶ οἱ τέλεον ἰδιῶται. φασὶ γὰρ, τοῦτο ἔφερεν αὐτῷ· οὐκοῦν τοῦτο τούτῳ ἐφέρετο, καὶ τοῦτο τοῦτῳ συνετάττετο. δεχώμεθα οὖν αὐτὰ, ὡς ἐκεῖνα [1] ὁ Ασκλήπιος συντάττει. πολλὰ γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τραχέα· ἀλλὰ ἀσπαζόμεθα τῇ ἐλπίδι τῆς ὑγιείας. τοιοῦτόν τί σοι δοκείτω, ἄνυσις, καὶ συντέλεια τῶν τῇ κοινῇ φύσει δοκούντων, οἷον ἡ σὴ ὑγίεια. καὶ οὕτως ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, κἂν ἀπηνέστερον δοκῇ, διὰ τὸ ἐκεῖ ἄγειν, ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ὑγίειαν, καὶ [2] τὴν τοῦ Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐπραγίαν. οὐ γὰρ ἂν [3] τοῦτό τι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. οὐδὲ γὰρ ἡ τυχοῦσα φύσις φέρει τι, ὃ μὴ τῷ διοικουμένῳ ὑπ' αὐτῆς κατάλληλόν ἐστι. οὐκοῦν κατὰ δύο λόγους στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνόν σοι. καθ' ἕνα μὲν, ὅτι σοι ἐγίνετο, καί σοι συνετάττετο, καὶ πρός σέ πως εἶχεν, ἄνωθεν εκ τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συγκλωθόμενον. καθ' ἕτερον δὲ, ὅτι τῷ ὅλον διοικοῦντι τῆς εὐοδίας, καὶ τῆς συντελείας, καὶ νὴ Δία, [4] τῆς συμμονῆς αὐτῆς αἰτιόν ἐστι. πηροῦται γὰρ τὸ ὁλόκληρον, ἐὰν καὶ ὁτιοῦν διακόψῃς τῆς συναφείας καὶ συνεχείας, ὥσπερ τῶν μορίων, οὕτω δὲ καὶ τῶν αἰτίων. διακόπτεις δὲ ὅσον ἐπί σοι, ὅταν δυσαρεστῇς, καὶ τρόπον τινὰ ἀναιρῇς. Μὴ σικχαίνειν, μηδὲ ἀ- 9
παυδᾷν, μηδε ἀποδυσπετεῖν, εἰ μὴ καταπυκνοῦταί σοι τὸ ἀπὸ δογμάτων ὀρθῶν ἕκαστα πράσσειν· ἀλλὰ ἐκκρουσθέντα.

iſtat. atque hinc eſt quod ea convenire nobis dicimus, quomodo lapides quadratos in moenibus aut pyramidibus convenire dicunt artifices, cum ſibi invicem ſcite compoſiti coaptantur. omnino enim una quaedam eſt *rerum omnium* compages. et quemadmodum ex cunctis corporibus mundus iſte, quo corpus ejuſmodi ſit, conſummatur; ita ex cauſſis univerſis, quo cauſa ſit ejuſmodi fatum, conficitur. intelligunt hoc quod dico etiam rudiſſimi quique. dicunt enim, tulit hoc illi; *ſors nimirum*. hoc itaque illi ferebatur; iſtudque illi coordinabatur. proinde ita excipiamus iſta, quomodo ea ſolemus, quae Æſculapius praeceperit. multa ſiquidem et in illis aſpera ſunt, quae ſanitatis ſpe tamen libenter admittimus. ejuſmodi itaque quiddam videatur tibi, eorum quae naturae communi viſa ſunt, perfectio et conſummatio, cujuſmodi, eſt valetudo tua. eodemque modo, quicquid evenerit, quamvis aſperius viſum fuerit, libens admittito, quandoquidem ad mundi integritatem Joviſque proſperitatem atque felicitatem ferat. neque enim tuliſſet is, niſi ad univerſi bonum contuliſſet. cum nec natura quaelibet quicquam ferat, quod non *ei mundo*, qui ab ipſa adminiſtratur, congruens exiſtat. ita duplici ratione diligas oportet, quicquid evenerit tibi. altera, quod tibi natum et tibi coordinatum, et ad te quodammodo affectum eſt, à cauſſis antiquiſſimis retro tibi contextum. altera, quod univerſi gubernatori proſperitatis et conſummationis, atque adeo permanſionis ipſius procurandae ex parte cauſſa ſit. mutilatur enim integrum ipſum, ſi quid vel minimum abſcindas à connexione et continuitate, ut partium univerſi, ita et cauſſarum. abſcindis autem quantum in te eſt, quando moleſte fers aliquid, tolliſque quo-
9 dammodo. Noli aegre ferre, aut animum deſpondere, aut ſtomachari, ſi juxta decreta recta agere volenti, haud perinde ſemper ſucceſſerit. verum, *ubi*

ex-

excuſſum *aliquando te ſenſeris*, regredere, pluribuſque pro officii humani ratione geſtis contentus ſis, atque illud, ad quod regrederis, fac diligas. nec, tanquam ad paedagogum, ad philoſophiam redeas; ſed quomodo ad ovum et penicillum, qui oculis laborant, quomodo ad emplaſtrum alius, alius ad perfuſionem, *confugit*. ita nihil deerit ulterius, quod rationis obſequelae conciliet te, ſed ei ſponte tua acquieſces. illud autem memineris, philoſophiam ea ſola velle, quae natura tua ipſa velit: tu vero aliud aliquid velis, quam quod naturae tuae convenit. ecquid enim iſtis blandius fuerit? voluptas autem nonne hac ratione nos fallit? ſed vide, gratiorne ſit magnanimitas, liberalitas, ſimplicitas, aequanimitas, ſanctitas. ipſa vero prudentia quid gratius *compereris*, cum facultatem intelligentia ſcientiaque in te praeditam ejuſmodi cogitaveris, quae nuſquam impingat, ſed in omni re proſpere feratur? Res quidem ipſae adeo ſunt abditae, ut philoſophis haud paucis, nec vulgaribus eis, omnino percipi nil poſſe viſum ſit. quin et Stoicis perceptu difficiles admodum videntur. *eſtque revera* aſſenſus noſter omnis labilis et mutabilis. ubinam enim gentium eſt, qui ſententiam falſus quandoque non mutaverit? ad ſubjecta jam ipſa ſi tranſieris, quam caduca, quam vilia ſunt; quaeque etiam cinedo, ſcorto, latroni in poſſeſſionem cedere poſſint. mores autem eorum, quibuſcum degis, ſi adverteris, tales eſſe comperies, ut etiam gratiſſimum quemlibet vix ſuſtineas, ut ne adjiciam ſeipſum etiam vix ſuſtinere quenquam. in hujuſmodi itaque caligine ac ſorde, tantoque materiae, temporis, motuum, rerumque motarum fluxu, nihil poſſum comminiſci, quod aeſtimatione ſtudiove dignum videatur. contra potius ſolari ſe quemque par fuerit, diſſolutionem ſui naturalem operiendo, moramque interea haud gravate ferendo, dum duobus hiſce acquieſcit prorſus; altero nimirum,

κρυσθέντα, πάλιν ἐπανιέναι, καὶ ἀσμενίζειν εἰς τὰ πλείω ἀνθρωπικώτερα, καὶ φιλεῖν τοῦτο, ἐφ' ὃ ἐπανέρχῃ· καὶ μὴ ὡς πρὸς [1] παιδαγωγὸν τὴν φιλοσοφίαν ἐπανιέναι· ἀλλ' ὡς οἱ ὀφθαλμιῶντες πρὸς τὸ σπογγάριον καὶ τὸ ὠὸν, ὡς ἄλλος πρὸς κατάπλασμα, ὡς πρὸς καταιόνησιν. οὕτως γὰρ οὐδὲν [2] ἐπιδείξει τὸ πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ προσαναπαύσῃ αὐτῷ. μέμνησο δὲ ὅτι φιλοσοφία μόνα θέλει ἃ ἡ φύσις σου θέλει· σὺ δὲ [3] ἄλλο ἤθελες οὐ κατὰ φύσιν. τί γὰρ τούτων προσηνέστερον; ἡ γὰρ ἡδονὴ οὐχὶ [4] διὰ τοὺς σφάλλει; ἀλλὰ θεάσαι εἰ προσηνέστερον μεγαλοψυχία, ἐλευθερία, ἁπλότης, εὐγνωμοσύνη, ὁσιότης. αὐτῆς γὰρ φρονήσεως τί προσηνέστερον; ὅταν τὸ ἄπταιστον, καὶ εὔρουν ἐν πᾶσι τῆς παρακολουθητικῆς καὶ ἐπιστημονικῆς δυνάμεως ἐνθυμηθῇς. [5] Τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινὰ ἐγκαλύψει ἐστὶν, ὥστε φιλοσόφοις οὐκ ὀλίγοις οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν ἔδοξε [6] ἢ παντάπασιν ἀκατάληπτα εἶναι. πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ. καὶ πᾶσα ἡ ἡμετέρα συγκατάθεσις, μεταπτωτή· πῶς γὰρ ὁ ἀμετάπτωτος; μέτιθι τοίνυν ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα· ὡς ὀλιγόχρονα, καὶ ἐυτελῆ, καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κιναίδου, ἢ πόρνης, ἢ λῃστοῦ εἶναι. μετὰ τοῦτο ἔπιθι ἐπὶ τὰ τῶν συμβιούντων ἤθη, [7] ὧν μόλις ἐστὶ καὶ τοῦ χαριεστάτου ἀνασχέσθαι, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ [8] ἑαυτόν τις μόγις ὑπομένει. ἐν τοιούτῳ οὖν ζόφῳ καὶ ῥύπῳ καὶ τοιαύτῃ [9] ῥήσει τῆς τεοὐσίας καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τῶν κινουμένων, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐκτιμηθῆναι, ἢ τὸ ὅλως σπουδασθῆναι δυνάμενον, οὐδ' ἐπινοῶ. τοὐναντίον γὰρ δεῖ παραμυθούμενον ἑαυτὸν περιμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν, καὶ μὴ ἀσχάλλειν τῇ διατριβῇ, ἀλλὰ τούτοις μόνοις προσαναπαύεσθαι· ἑνὶ μὲν

τῷ, ὅτι ὐδὲν ζυμβήσεταί μοι, ὃ ὐχὶ καλὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐσίν· ἑτέρῳ δὲ, ὅτι ἔξεσί μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἐμὸν θεὸν, καὶ δαίμονα. ὐδεὶς γὰρ ὁ ἀναγκάσων τοῦτον παραβῆναι. Πρὸς τί ποτε ἄρα νῦν χρῶμαι τῇ ἐμαυτοῦ ψυχῇ; παρ' ἕκαστον τοῦτο ἐπανερωτᾶν ἑαυτὸν, καὶ ἐξετάζειν τί μοί ἐστι νῦν ἐν τούτῳ τῷ μορίῳ, ὃ δὴ ἡγεμονικὸν καλοῦσι· καὶ τίνος ἄρα νῦν ἔχω ψυχήν; μήτι παιδίου; μήτι μειρακίου; μήτι γυναικαρίου; μήτι τυράννου; μήτι κτήνους; μήτι θηρίου; Ὁποῖά 12
τινά ἐστι τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγαθὰ, καὶ ἐνθεῦθεν λάβοις. εἰ γάρ τις ἐπινοήσειεν ὑπάρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, οἷον φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας, ἔτι ἀκούσαι δυνηθείη [1] τί· ὑπὸ τῷ ἀγαθῷ γὰρ ἐφαρμόσῃ. τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φαντάσματα ἀγαθὰ προεπινοήσας τις, ἐξακούσεται, καὶ ῥᾳδίως δέξεται, ὡς οἰκείως ἐπιλεγόμενον [2] τὸ ὑπὸ τοῦ κωμικοῦ εἰρημένον. οὕτως καὶ οἱ πολλοὶ φαντάζονται τὴν διαφοράν. [3] ὁ γὰρ ἂν τοῦτο μὲν ὁ προσέκοπτεν καὶ ἀπηξιοῦτο· τὸ δὲ ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ τῇ πρὸς τρυφὴν ἢ δόξαν ἀκληρημάτων παρεδεχόμεθα, ὡς ἰκνουμένως καὶ ἀσείως εἰρημένον. προϊόντι οὖν καὶ ἐρώτα, εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ ὑπολητέον τὰ τοιαῦτα, ὧν προεπινοηθέντων, οἰκείως ἂν ἐπιφέροιτο, τὸ τὸν κεκτημένον αὐτὰ ὑπὸ τῆς ἀπορίας οὐκ ἔχειν ὅποι χέσῃ. Ἐξ αἰτιώδους καὶ ὑλικοῦ ζυνέστηκα· ὐδέτερον δὲ τούτων 13
εἰς τὸ μὴ ὂν φθαρήσεται· ὥσπερ οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπέστη. οὐκοῦν καταλαχθήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν καλὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τι τοῦ κόσμου. καὶ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἕτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβαλεῖ· καὶ ἤδη εἰς τὸ ἄπειρον. καὶ τοιαύτην δὲ μεταβολὴν κἀγὼ ὑπέστην, καὶ οἱ

ἐμὲ

nimirum, nihil obtingere ſibi poſſe, quod non ſit univerſi naturae conſentaneum: altero, in ſua eſſe poteſtate ſitum, ut nihil faciat praeter genii Deique ſui voluntatem. hanc enim tranſgredi qui cogat, nullus
11 eſt. Quam ad rem anima nunc utor mea? hoc te jugiter interroga, ſimulque te percontare; ecquid mihi nunc verſatur in parte mei illa, quae principalis dici ſolet? aut cujuſnam ego nunc animam gero? num pueruli? num adoleſcentuli? num mulierculae?
12 num tyranni? num jumenti? num belluae? Cujuſmodi ſint quae pleriſque bona videntur, hinc licet deprehendere. ſi quid eorum quae revera bona ſunt mente quiſpiam conceperit, puta, prudentiam, temperantiam, juſtitiam, fortitudinem, iſta, inquam, ſi animo praeconceperit, non ſuſtinebit adjectum huic audire quicquam, quod non rei bonae probe congruat. at vero quae vulgo pro bonis habentur, ubi animo praeconceperit quis, auribus aequis accipiet, facileque admittet, tanquam apte adjectum id, quod à comico quandoque dictum eſt. ita etiam vulgus hominum differentiae iſtius habent aliquam notitiam. alioqui enim non offenderet et tanquam dictu indignum repudiaretur, ſi de illis enunciaretur; cum de divitiis eiſque fortunae bonis quae ad luxum pompamve ferunt, tanquam apte ſciteque dictum admittamus. eas nunc et quaeras licet, utrum in honore habendae, aut in bonis cenſendae ſint res hujuſmodi, quibus animo prius conceptis illud commode poſſit adjici, homini iſtis inſtructo prae opulentia ſua
13 *non ſuppetere, ubi ventris onus deponat.* Forma conſto et materia: harum neutra in nihilum interibit, quemadmodum nec ex nihilo proceſſit. omnis ergo pars mei, mutatione interveniente, in mundi partem aliquam pro ratione ſui redigetur. et haec rurſus in aliam mundi partem mutabitur: et ſic in infinitum. mutationis autem hujuſmodi opera et ipſe exſtiti, et

qui me genuerant, atque ita retro in aliud infinitum. nihil enim vetat, quo minus hoc dicam, etiamſi ſecundum periodos, finibus certis terminatas mundus iſte digeratur. Ratio arſque ipſa rationalis, facul- 14
tates ſunt, quae ſibi operibuſque ſuis ipſae ſufficiunt. à ſuo itaque cientur prodeuntque principio; at ad propoſitum ſibi finem recta proficiſcuntur. unde et recte factorum appellationem ſortitae ſunt actiones iſtiuſmodi, qua viae rectitudo ſignificetur. Nihil 15
horum hominis eſſe dicendum eſt, quod non ad hominem qua homo eſt, pertinet. iſta enim nec ab homine exiguntur, nec pollicetur ea natura humana, nec ad eam perficiendam ferunt. nec proinde in iſtis conſiſtit, aut naturae humanae finis, aut bonum aliquod quod ad finem hunc conficiendum conducat. tum ſiquid iſtorum ad hominem pertineret, hominis non eſſet ea deſpectui habere eiſque ſeſe opponere: nec laude dignus haberetur, qui iſtis minus indigentem ſe praeſtiterit. imo ne bonus quidem vir eſſet, qui ſibi horum alicui interdixerit, ſiquidem ea vere bona exiſterent. atqui contra, quo quis horum hiſque ſimilium plura ſibi detraxerit, aut ab aliis detracta aequanimiter ſuſtinuerit, eo melior merito cenſetur. Talis futura eſt mens tua, qualia 16
ea ſunt quae creberrime cogitaveris. imbuitur enim cogitationibus anima. imbue ergo illam cogitationibus iſtiuſmodi: verbi gratia; ubicunque vivere, ibidem et bene vivere licere. in aula vero vivere licere: ergo et in aula bene vivere dari. et rurſus, cujus gratia quidque conditum eſt, ad id agendum eſſe conditum; ad quod autem agendum conditum eſt, ad id ferri: ad quod fertur vero, eo finem ſuum ſitum habere: in quo autem finis rei cujuſque ſitus eſt, eodem utile bonumque ejuſdem conſtare: bonum itaque animantis ratione praediti, ſocietas eſt. ad hanc enim natos eſſe nos, ſupra demonſtratum eſt. an non

enim

ἐμὲ γυμνήσαντες, καὶ ἐπανιόντι εἰς ἄλλο ἄπειρον. ὐδὲν γὰρ κωλύει ὕτως φάναι, κἂν [1] καλὰ περιόδους περι-
14 ραμμένας ὁ κόσμος διοικῆται. [2] Ο λόγος καὶ ἡ λογικὴ τέχνη δυνάμεις εἰσὶν ἑαυτῆς ἀρκυμμέναι, καὶ τοῖς καθ' ἑαυτὰς ἔργοις. ὁρμῶν μὲν ἂν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀρχῆς· ὁδεύσι δὲ πρὸς τὸ προκείμενον τέλος. καθὸ καλορθώσεις αἱ τοιαῦται πράξεις ὀνομάζων, τὴν ὀρ-
15 θότητα τῆς ὁδοῦ σημαίνουσαι. Οὐδὲν τούτων ῥηλέον ἀνθρώπῳ, ἢ ἀνθρώπῳ, καθὸ ἄνθρωπος, οὐκ ἐπιβάλλει. οὐκ ἔστιν ἀπαγλήματα ἀνθρώπου, οὐδὲ ἐπαγγέλλει αὐτὰ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, οὐδὲ τελειότητές εἰσι τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως. οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ τέλος ἐν αὐτοῖς ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ κείμενον, οὐδὲ συμπληρωτικὸν τοῦ τέλους τὸ ἀγαθόν. ἔτι εἴ τι τούτων ἦν ἐπιβάλλον τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἂν τὸ ὑπερφρονεῖν αὐτῶν, καὶ καλεξανίσασθαι, ἐπιβάλλον ἦν. οὐδὲ ἐπαινετὸς ἦν, ὁ ἀπροσδεὴς τούτων ἑαυτὸν παρεχόμενος. οὐδ' ἂν ὁ ἐλαττωτικὸς ἑαυτοῦ ἔν τινι τούτων ἀγαθὸς ἦν, εἴπερ ταῦτα ἀγαθὰ ἦν. νῦν δὲ ὅσῳ περ πλείω τις ἀφαιρῶν ἑαυτοῦ τούτων ἢ τοιούτων ἑτέρων, ἢ καὶ [3] ἀφαιρούμενά τι τούτων ἀνέχηται, τόσῳδε
16 μᾶλλον ἀγαθός ἐστι. Οἷα ἂν πολλάκις φαντασθῇς, τοιαύτη ζοι ἔσαι ἡ διάνοια. βάπτει γὰρ ὑπὸ τῶν φαντασιῶν ἡ ψυχή. βάπτε οὖν αὐτὴν τῇ συνεχείᾳ τῶν τοιούτων φαντασιῶν· οἷον, ὅτι ὅπου ζῆν ἐστι, ἐκεῖ καὶ εὖ ζῆν. ἐν αὐλῇ δὲ ζῆν ἐστιν· ἔστιν ἄρα καὶ εὖ ζῆν ἐν αὐλῇ. καὶ πάλιν, ὅτι ὑπὲρ ἕνεκεν ἕκαστον καλεσκάσαι, πρὸς ὃ δὲ καλεσκάσαι, πρὸς τοῦτο φέρει· πρὸς ὃ φέρει δὲ, ἐν τούτῳ τὸ τέλος αὐτοῦ· ὅπου δὲ τὸ τέλος, ἐκεῖ καὶ τὸ συμφέρον, καὶ τἀγαθὸν ἑκάστου· τὸ ἄρα ἀγαθὸν τοῦ λογικοῦ ζώου, κοινωνία. ὅτι γὰρ πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν,

πάλαι

πάλαι δέδεικται. ἢ οὐκ ἦν ἐναργὲς, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω ἀλλήλων; κρείττω δὲ τῶν μὲν ἀψύχων, τὰ ἔμψυχα· τῶν δὲ ἐμψύχων τὰ λογικά. Τὸ τὰ ἀδύνατα διώκειν, μανικόν· ἀδύ- 17
νατον δὲ τὸ τοὺς φαύλους μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν. Οὐδὲν οὐδενὶ συμβαίνει, [1] ὃ οὐχὶ ἐκεῖνο πέφυκεν φέρειν 18
αὐτῷ. ἄλλῳ τὰ αὐτὰ συμβαίνει, καὶ ἤτοι ἀγνοῶν ὅτι συμβέβηκεν, ἢ ἐπιδεικνύμενος μεγαλοφροσύνην ἀσταθεῖ, καὶ ἀκάκωτος μένει. δεινὸν οὖν ἄγνοιαν καὶ ἀρέσκειαν ἰσχυροτέρας εἶναι φρονήσεως. Τὰ πράγματα αὐτὰ 19
οὐδ' ὁπωστιοῦν ψυχῆς ἅπτεται· οὐδὲ ἔχει εἴσοδον πρὸς ψυχήν· οὐδὲ τρέψαι, οὐδὲ κινῆσαι ψυχὴν δύναται· τρέπει δὲ καὶ κινεῖ αὐτὴ ἑαυτὴν μόνη· καὶ οἵων ἂν κριμάτων καταξιώσῃ ἑαυτὴν, τοιαῦτα ἑαυτῇ ποιεῖ τὰ προσυφεστῶτα. Καθ' ἕτερον μὲν λόγον ἡμῖν ἐστιν οἰκειότα- 20
τον ἄνθρωπος, καθ' ὅσον εὖ ποιητέον αὐτοὺς καὶ ἀνεκτέον· καθ' ὅσον δὲ ἐνίστανταί τινες εἰς τὰ οἰκεῖα ἔργα, ἕν τι τῶν ἀδιαφόρων μοι γίνεται ὁ ἄνθρωπος, οὐχ ἧσσον ἢ ἥλιος, ἢ ἄνεμος, ἢ θηρίον. ὑπὸ τούτων δὲ ἐνέργεια μέν τοι ἐμποδισθείη ἄν. ὁρμῆς δὲ καὶ διαθέσεως, οὐ γίνεται ἐμπόδια [2] διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν, καὶ τὴν περιτροπήν. περιτρέπει γὰρ καὶ μεθίστησι πᾶν τὸ τῆς ἐνεργείας κώλυμα ἡ διάνοια εἰς τὸ [3] προηγούμενον· καὶ πρὸ ἔργου γίνεται τὸ τοῦ ἔργου τούτου ἐφεκτικόν· καὶ πρὸ ὁδοῦ, τὸ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἐνστατικόν. Τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ κρά- 21
τιστον τίμα· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πᾶσι χρώμενον, καὶ πάντα διέπον. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἔν σοι τὸ κράτιστον τίμα· ἔστι δὲ τοῦτο, τὸ ἐκείνῳ ὁμογενές. καὶ γὰρ ἐπί σου τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον, τοῦτό ἐστι, καὶ ὅσος βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖται. [4] Ο τῇ πόλει οὐκ ἔστι βλαβερὸν, οὐδὲ τὸν 22

πολίτην

enim liquet plane, deteriora quaeque praeſtantiorum gratia *eſſe condita*, praeſtantiora ſui invicem? praeſtant autem inanimatis quidem animata; ex a-
17 nimatis vero quae ratione ſunt praedita. Quae fieri nequeunt, ſectari inſanum eſt. fieri autem non poteſt, quin iſtiuſmodi quaedam improbi agant.
18 Nihil cuiquam contingit, quin à natura habeat, ut id ferre poſſit. aliis eadem contigere, qui vel caſuum ſuorum ignari, vel animi magni ſpecimen dare cupidi, immoti illaeſique manſerunt. indignum eſt autem ignorantiam et arrogantiam prudentia plus
19 poſſe. Res ipſae nulla ratione animam attingunt; neque aditum ullum ad eam habent; neque mutare eam, aut movere poſſunt. ipſa ſola ſeſe mutat movetque. qualia autem decreta fuerint, quibus ipſa in ſe locum dederit, talia facit ſibi adven-
20 titia quaeque. Alia quidem ratione nobis conjunctiſſimus eſt homo; quatenus officii eſt noſtri juvare illos ac ſuſtinere. at quatenus in actionibus debitis obſiſtunt nobis quandoque, hac ratione inter res medias etiam mihi cenſetur homo, nihilo minus quam aut ſol, aut ventus, aut bellua. haec enim omnia actum impedire mihi poſſunt. verum conatus aut affectus impedimentum non datur, exceptionis atque circumverſionis beneficio. circumvertit enim mens, transfertque effectionis impedimentum omne ad id quod eſt potius. *ita fit*, *ut* et quod opus meum hoc inhibet, ad opus conducat; et ad viam conferat, quod
21 viae initae obſtabat. Eorum quae mundus complectitur, quod praeſtantiſſimum eſt colito: hoc eſt autem illud, quod *caeteris* omnibus utitur, quod *reliqua* omnia adminiſtrat. pari modo et quod in te praeſtantiſſimum eſt, colito: hoc eſt autem, quod ſuperiori illi affine eſt. iſtud enim eſt, quod caeteris in te omnibus utitur; et à quo vita tua gubernatur.
22 Quod civitati non eſt noxium, nec civi nocet. hanc

ad

ad ea omnia regulam adhibe, quibus noceri tibi posse videbitur: si civitati ab hac re nihil nocetur, nec mihi: quin et etiamsi civitati nonnihil inde nocumenti accederet, ne sic quidem succensendum esset civitatem laedenti, sed ostendendum in quo delinquat. Saepe cogita, quanta cum celeritate abripiantur et 23
subtrahantur, quae sunt fiuntque universa. est enim *rerum* natura instar fluvii cujusdam, *qui* in jugi *fit* fluxu: effectiones vero mutationibus continuis, et caussae ipsae conversionibus innumeris subjacent: nec quod consistat fere quicquam est. *cogita* itidem vastum istud utrinque adjacens praeteriti ac futuri temporis immensum, quo conduntur universa. qui igitur non pro fatuo merito habeatur, qui istis vel inflatur, vel cruciatur, vel de re aliqua, quae ad spatium perbreve molestiam exhibeat, quiritatur, quasi diu id fiat? Memineris et naturae universae, cu- 24
jus particulam exiguam admodum obtines; et universi, cujus spatium breve et momentaneum tibi assignatum est; et fati, cujus quantilla es particula? Peccat quis aliquid adversus me? ipse viderit: pro- 25
priam habet dispositionem, operationem propriam. ego nunc habeo, quod nunc habere me vult rerum natura; facioque quod nunc me facere vult natura mea. Quae principatum ac dominium obtinet pars 26
animae tuae, immota maneat, ad levem vel asperum carnis tuae motum: nec se *carni* immiscat, sed circumscribat sese, et intra membrorum limites coerceat affectiones istas. quod si alia ratione se ad mentem subvexerint, quatenus nempe ea corpori unita est, tunc sensui, cum à natura sit, non est obnitendum: sed sistenda partis principalis censura, ne de his tanquam aut bonis aut malis sententiam ullam ferat. Cum Deis vivendum. hoc autem faciet, qui 27
animum exhibuerit ita jugiter affectum, ut rebus sibi destinatis acquiescat; faciatque quaecunque genius

ille

πολίτην βλάπτει. ἐπὶ πάσης τῆς τοῦ βεβλάφθαι φαντασίας τοῦτον ἔπαγε τὸν κανόνα· εἰ ἡ πόλις ὑπὸ τούτου μὴ βλάπτεται, οὐδὲ ἐγὼ βέβλαμμαι· εἰ δὲ ἡ πόλις βλάπτεται, οὐκ ὀργιστέον τῷ βλάπτοντι τὴν πόλιν.

23 [1] τί τὸ παρορώμενον. Πολλάκις ἐνθυμοῦ, τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς καὶ ὑπεξαγωγῆς τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων. ἥ τε γὰρ οὐσία οἷον ποταμὸς ἐν διηνεκεῖ ῥύσει· καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν συνεχέσι μεταβολαῖς, καὶ τὰ αἴτια ἐν μυρίαις τροπαῖς· καὶ σχεδὸν [2] οὐδὲν ἑστώς, καὶ τὸ παρεγγύς. τὸ δὲ ἄπειρον τοῦ τε παρωχηκότος καὶ μέλλοντος ἀχανὲς, ᾧ πάντα ἐναφανίζεται. πῶς οὖν οὐ μωρὸς ὁ ἐν τούτοις φυσούμενος, ἢ πονούμενος, ἢ χειλιάζων, ὡς

24 ἔν τινι χρόνῳ καὶ ἐπὶ μικρὸν ἐνοχλήσαντι; Μέμνησο τῆς συμπάσης οὐσίας, ἧς ὀλίγιστον μετέχεις· καὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος, οὗ βραχὺ καὶ ἀκαριαῖόν σοι διάστημα ἀφώρισται· καὶ τῆς εἱμαρμένης, ἧς πόσον εἰ μέρος;

25 Ἄλλος ἁμαρτάνει τι εἰς ἐμέ; ὄψεται· ἰδίαν ἔχει διάθεσιν, ἰδίαν ἐνέργειαν. ἐγὼ νῦν ἔχω, ὃ με θέλει νῦν ἔχειν ἡ κοινὴ φύσις, καὶ πράττω ὃ με νῦν πράττειν θέλει ἡ

26 ἐμὴ φύσις. Τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς ἀμέριστον, ἄτρεπτον ἔσω, ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ [3] λείας ἢ τραχείας κινήσεως· καὶ μὴ συγκρινέσθω, ἀλλὰ περιγραφέτω [4] αὐτὸ, καὶ περιοριζέτω τὰς περίσεις ἐκείνας ἐν τοῖς μορίοις. [5] ὅταν δὲ ἀναδιδῶν καλὰ τὴν ἑτέραν συμπάθειαν εἰς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐν σώματι ἡνωμένῳ, τότε πρὸς μὲν τὴν αἴσθησιν, φυσικὴν οὖσαν, οὐ περατέον ἀνθιστάνειν· τὴν δὲ ὑπόληψιν, τὴν ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ, μὴ προσιθέτω τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ αὐτοῦ.

27 Συζῆν θεοῖς. Συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις,

ποιοῦσαν δὲ ὅσα βούλεται ὁ δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην
καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ· οὗτος
δέ ἐστιν, ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. Τῷ γράσωνι μήτι 28
ὀργίζῃ; μήτι τῷ ὀζοστόμῳ ὀργίζῃ; τί σοι ποιήσει; τοι-
οῦτον στόμα ἔχει, τοιαύτας μάλας ἔχει, [1] ἀνάγκη τοι-
αύτην ἀποφορὰν ἀπὸ τοιούτων γίνεσθαι. ἀλλ' ὁ ἄν-
θρωπος λόγον ἔχει, φησὶ, καὶ δύναται συννοεῖν ἐφιστάνων
τι πλημμελεῖ. εὖ σοι γένοιτο· τοιγαροῦν καὶ σὺ λόγον
ἔχεις, κίνησον λογικῇ διαθέσει λογικὴν διάθεσιν· δεῖ-
ξον, ὑπόμνησον. εἰ γὰρ ἐπαίει, θεραπεύσεις, καὶ οὐ χρεία
ὀργῆς· [[2] οὔτε τραγῳδὸς, οὔτε πόρνη.] Ὡς ἐξελ- 29
θὼν ζῆν διανοῇ, οὕτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν. ἐὰν δὲ μὴ
ἐπιτρέπωσι, [3] τότε καὶ τοῦ ζῆν ἔξιθι· οὕτως μέν τοι, ὡς
μηδὲν κακὸν πάσχων. [4] καὶ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι.
[5] τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; μέχρι δέ με τοιοῦτον οὐδὲν
ἐξάγει, μένω ἐλεύθερος, καὶ οὐδείς με κωλύσει ποιεῖν ἃ
θέλω· θέλω δὲ κατὰ φύσιν τοῦ λογικοῦ, καὶ κοινωνικοῦ
ζώου. Ὁ τοῦ ὅλου νοῦς κοινωνικός. πεποίηκε γοῦν τὰ 30
χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· καὶ τὰ κρείττο ἀλλήλοις
συνήρμοσεν. ὁρᾷς πῶς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ κατ'
ἀξίαν ἀπένειμεν ἑκάστοις, καὶ τὰ κρατιστεύοντα εἰς ὁμό-
νοιαν ἀλλήλων συνήγαγε. Πῶς προσενήνεξαι μέχρι 31
νῦν θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, δι-
δασκάλοις, τροχεῦσι, φίλοις, οἰκείοις, οἰκέταις· εἰ
πρὸς πάντας σοι μέχρι νῦν ἐστι τὸ μήτέ τινα ῥέξαι ἐ-
ξαίσιον, μήτε εἰπεῖν. ἀναμιμνήσκου δὲ, καὶ δι' οἵων διε-
λήλυθας, καὶ οἷα ἤρκεσας ὑπομεῖναι. καὶ ὅτι πλήρης ἤ-
δη σοι ἱστορία τοῦ βίου καὶ τελεία ἡ λειτουργία· καὶ πόσα
ὦπται καλά· καὶ πόσων μὲν ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερεῖδες·

πόσα

ille voluerit, quem ſui particulam à ſe avulſam Jupiter cuique attribuit, praeſidem ducemque eidem fu-
28 turum. hic autem cujuſque mens eſt et ratio. Num ſuccenſes ei qui hircum olet? num ei, cui halitum gravem os emittit? quid enim fecerit? ejuſmodi os huic, illi alae ſunt, ut fieri nequeat quin tale quid ab utroque ſe proferat. at homo, inquis, ratione praeditus eſt, poteſtque ſi advertat, dignoſcere quid delinquat. bene tibi ſit. proinde tu quoque, ratione cum ſis praeditus, rationali facultate tua eandem in illo excitato, *errorem* oſtendito, commonefacito. ſiquidem enim te audiverit, ſanaſti eum, nec ira amplius opus
29 jam erit. [nec tragoedus, nec ſcortum.] Quo modo vivere cogitas *vita mox* exceſſurus, eodem, ſi volueris, vivere jam licet. ſin id minus permiſerint, *quibuſcum hic degis*, exeas licet è vita; ita tamen, ut qui nihil mali paſſus eſt. ſi fumus *moleſtus eſt mihi*, diſcedo. cur hoc momenti alicujus eſſe videatur? interim vero dum nihil me ad educendum me adigit, liber maneo; utpote quem nemo prohibere poſſit, quo minus faciam quae velim: velim autem quae et animantis ratione imbuti et ad ſocietatem nati naturae
30 ſunt conſentanea. Univerſi mens communionis mutuae amans eſt. itaque deteriora quaeque praeſtantiorum cauſſa fecit: praeſtantiora ſibi invicem conciliavit. vides *ut res ſingulas* ordine juſto ſubdiderit, congeſſerit, pro dignitate ſua ſuum cuique attribuerit, praeſtantiſſimas mutuo ſibi invicem conſenſu devinxe-
31 rit. *Recole tecum* quo modo te hactenus geſſeris erga Deos, parentes, fratres, conjugem, liberos, praeceptores, educatores, amicos, familiares, famulos; nunquid hactenus adverſus horum aliquem, quod minus deceat, quicquam vel facto, vel dicto etiam admiſeris. recole quoque quae tranſegeris *negotia*, quibuſque ſuſtinendis ſuffeceris. *cogita* et vitae tuae hiſtoriam jam eſſe conſummatam, munereque tuo te jam defunctum. *recole* itidem, quot praeclara videris; quot

voluptates ac dolores ſpreveris; quot pro glorioſis habita neglectui habueris; quot improbis denique aequum te exhibueris. Quorſum arte inſtructum ac peritum 32
quenquam rudes animae imperitaeque conturbent? verum quaenam eſt anima perita arteque inſtructa? Ea quae principii finiſque rerum eſt gnara, rationiſque illius quae res omnes permeat, ac per aevum omne ſtatis periodis univerſum hoc adminiſtrat. Cinis jam- 33
jam *futurus es*, aut oſſa nuda; nomenque tantum, vel ne nomen quidem *tui*, *ſuperfuturum eſt*. nomen autem ipſum nihil eſt aliud quam ſonitus *inanis* et echo quaedam. quin et illa ipſa, quae in hac vita tanto habentur in pretio, vana ſunt, putida, exilia, canicularum inſtar invicem rixantium, aut puerulorum ſecum invicem litigantium, et ridentium modo, mox plorantium. Caeterum fides, modeſtia, juſtitia et veritas, ad coelum, à terra longe lateque patente, *ſeſe contulerunt*. ecquid igitur reſtat quod te iſtic detineat? ſiquidem res ſenſui ſubjectae, mutari pronae, et conſiſtere neſciae; ſenſus ipſi hebetes et imagines falſas admittere proclives: animula ipſa, exhalatio à ſanguine emiſſa: apud eos, qui iſtiuſmodi ſint, celebrem eſſe, inane quiddam. quin ergo exſpectas placidus, vel exſtinctionem tui, vel tranſlationem? iſtius tempus donec obvenerit, quid ſuffecerit niſi ut Deos colas celebreſque, hominibus benefacias, ſuſtineas eos eiſdemque abſtineas; memineriſque ea omnia, quae extra corpuſculi animulaeque tuae terminos conſiſtunt, nec tua eſſe, nec in poteſtate tua ſita? Proſpere tibi res tuae ſunt 34
perpetuo proceſſurae, ſi rite incedere potueris, rectaque methodo et opinari et agere. communia ſunt animae ratione praeditae, ſive Dei, ſive hominis, ſive alius alicujus animantis duo iſta: alterum, quod ab alia re nulla poſſit impediri; alterum, quod in *animi* affectione actioneque juſta bonum ſuum ſitum habeat, nec ultra haec quicquam appetere neceſſe habeat. Si nec aut vitioſitas haec mea ſit, aut effectum vitioſi- 35
tatis

πόσα δὲ ἔνδοξα παρεῖδες· εἰς ὅσους δὲ ἀγνώμονας
32 ἀγνώμων ἐγένου. Διὰ τί συγχέουσιν ἄτεχνοι καὶ
ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἔντεχνον καὶ ἐπιστήμονα; τίς οὖν ψυχὴ
ἔντεχνος καὶ ἐπιστήμων; ἡ εἰδυῖα ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ
τὸν διὰ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον, καὶ διὰ παντὸς τοῦ
αἰῶνος [1] κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκονομοῦντα τὸ
33 πᾶν. Ὅσον οὐδέπω σποδὸς ἢ σκέλετος, καὶ ἤτοι ὄνομα,
ἢ οὐδὲ ὄνομα· τὸ δὲ ὄνομα, ψόφος καὶ ἀπήχημα. τὰ δὲ
ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, κενὰ, καὶ σαπρὰ, καὶ μικρὰ,
καὶ κυνίδια διαδακνόμενα, καὶ παιδία φιλόνεικα, γελῶν-
τα, εἶτα εὐθὺς κλαίοντα. πίστις δὲ καὶ αἰδὼς, καὶ δίκη καὶ
ἀλήθεια, [2] πρὸς ὄλυμπον, ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης. τί
οὖν ἔτι τὸ ἐνταῦθα κατέχον; εἴγε τὰ μὲν αἰσθητὰ εὐ-
μετάβλητα, καὶ οὐχ ἑστῶτα· τὰ δὲ αἰσθητήρια, ἀμυ-
δρὰ καὶ εὐπαρατύπωτα· αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον, ἀνα-
θυμίασις ἀφ' αἵματος· τὸ δὲ εὐδοκιμεῖν παρὰ τοιού-
τοις κενόν· [3] τί οὖν περιμένεις; ἵλεως τὴν εἴτε [4] σβέ-
σιν εἴτε μετάστασιν. ἕως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίστα) τί
ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο ἢ θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν· ἀν-
θρώπους δὲ εὖ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι·
ὅσα δὲ ἐκτὸς ὅρων τοῦ κρεαδίου, καὶ τοῦ πνευματίου, ταῦτα
34 μεμνῆσθαι μήτε σὰ ὄντα, μήτε ἐπί σοι; Δύνασαι
ἀεὶ εὐροεῖν, εἴγε καὶ ὁδεύειν, εἴγε καὶ ὁδῷ ὑπολαμβάνειν,
καὶ [5] πράσσειν δύο ταῦτα κοινὰ, τῇτε τοῦ θεοῦ, καὶ τῇ
τοῦ ἀνθρώπου, καὶ [6] παντὸς λογικοῦ ζώου ψυχῇ· τὸ μὴ
ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλου· καὶ τὸ ἐν τῇ δικαϊκῇ διαθέσει
καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐνταῦθα ὄρεξιν ἀπολή-
35 γειν. Εἰ μήτε κακία ἐστὶ τοῦτο ἐμὴ, μήτε ἐνέργεια
κατὰ κακίαν ἐμὴν, μήτε τὸ κοινὸν βλάπτει), τί ὑπὲρ
36 αὐτοῦ διαφέρομαι; [7] τίς δὲ βλάβη τοῦ κοινοῦ; [8] Μὴ
ὁλο-

[1] ὁλοσχερῶς τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ βοηθεῖν μὲν κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἀξίαν. κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶν, μὴ μέν τοι βλάβην αὐτὸ φαντάζεσθαι. [2] κακὸν γὰρ ἔθος. ἀλλ' ὡς [3] ὁ γέρων ἀπελθὼν τὸν τοῦ θρέπτου ῥόμβον ἀπῄτει, μεμνημένος, ὅτι ῥόμβος· οὕτως οὖν καὶ ὧδε. [4] ἐπεί τοι γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων· ἄνθρωπε, ἐπελάθου τί ταῦτα ἦν; ναί· ἀλλὰ τούτοις περισπούδαστα. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ σὺ μωρὸς γένῃ; [5] ἐγενόμεν ποτὲ ὁπουδήποτε καταλειφθεὶς, εὔμοιρος ἄνθρωπος· τὸ δὲ εὔμοιρος, ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀπονείμας· ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ τροπαὶ ψυχῆς. ἀγαθαὶ ὁρμαὶ, ἀγαθαὶ πράξεις.

ΒΙΒΛΙΟΝ

tatis meae; nec communitas ea laeditur, cur de re iſta ipſe differor? communitatem autem quid laeſerit?
36 Ne imaginatione ulla temere abripiaris: ſed *opis tuae indigis*, prout potes et par eſt, opem feras. nec ſi in rebus mediis hiſce detrimentum ſuſtinuerunt, ideo laedi eos exiſtimes. nihil enim mali ſubeſt. ſed quemadmodum ſenex diſcedens alumni turbinem poſcebat, cum turbinem tamen, *hoc eſt*, *ludicrum quiddam*, eſſe meminiſſet: ita et iſtic te geras. ad roſtra ubi declamitans fueris, an oblitus es, homo, haec quidnam ſint? memini ſatis, inquis: verum ea ſunt, in quibus iſti precium ſtudiumque ponunt. num ergo et te fatuum eſſe neceſſe eſt, *quia illi ſunt?* quocunque loco deprehenſus, felix eſſe poteris. felix eſt autem qui ſortem ſibi bonam comparaverit; ſors vero bona ſi quid ſit quaeras, ea moribus bonis, motibus bonis, bonis denique actionibus conſtat.

LIBER VI.

UNiverſi materia obſequens eſt et parere prompta: mens rectrix ejuſdem, nullam in ſe maleficii cauſſam habet: cum malitiam in ſe nullam habeat; neque malefacit cuiquam, nec ab ea quicquam laeditur. ſecundum hanc vero fiunt et perficiuntur univerſa. Pari loco habeas, frigore rigens, an calore fotus, quod eſt officii tui feceris: item utrum dormituriens, an ſomni ſatur; male audiens, an collaudatus; moriens itidem, an aliud quid agens. nam ex vitae hujus officiis, hoc eſt etiam, quod morimur: et in hoc ergo ſufficit, quod prae manibus eſt rite diſponere. Introſpice, caveque ne rei cujuſquam qualitas dignitaſve propria te fugiat. Praeſentia haec omnia quam citiſſime mutabuntur; et vel in exhalationem abibunt, (ſiquidem unita ſit *rerum omnium* ſubſtantia) vel diſſipabuntur. Novit mens univerſi rectrix, quomodo ſe habeat, quid faciat, et in qua materia verſetur. Optimus *injuriam* ulciſcendi modus eſt, *inferenti* ne ſis ſimilis. Hoc uno te oblecta, in eoque acquieſce, ut ab una, quae communitatem juvet, actione, ad alteram tranſeas, numinis memor. Pars animae principalis ſe ſuſcitat, ſe vertit; ſe facit, qualem ipſa voluerit; quaeque contingunt quaelibet, talia ſibi videri facit, qualia ipſa voluerit. Secundum univerſi naturam perficiuntur ſingula. neque enim ſecundum aliam ullam, quae vel exterius contineat, vel interius contineatur, vel † extra etiam quaſi appenſa ſit. *Univerſum* aut eſt

cinnus

ΒΙΒΛΙΟΝ ϛ'.

1 ΗΤΩΝ ὅλων ὑσία, ἀπειθὴς, ϗ ἀτρεπής· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος ὑδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τῦ κακοποιεῖν· κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνυ. πάντα δε κατ'
2 ἐκεῖνον γίνεται ϗ περαίνεται. Μὴ διαφέρυ, πότερον ῥιγῶν, ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς· ϗ πότερον υυσάζων, ἢ ἱκανῶς ὕπνυ ἔχων· ϗ πότερον κακῶς ἀκούων, ἢ ἀρημύμενος· ϗ πότερον ἀποθνήσκων, ἢ πράττων τι ἄλλοῖον. μία γὰρ τῆς βιωτικῶν πράξεων ϗ αὕτη ἐστὶ καθ' ἣν ἀποθνήσκομεν· ἀρκεῖ οὖν ϗ ἐπὶ ταύτης
3 τὸ παρὸν εὖ θέσθαι. Εσω βλέπε· μηδενὸς πράγματος μήτε ἡ ἰδία ποιότης, μήτε ἡ ἀξία, παραλλαχέτω σε. Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχισα μεταβάλλει, ϗ ἤτοι ἐκθυμιαθήσεται, εἴπερ ἅπαν ἡ ὑσία, ἢ διασθήσεται. 2 Ο διοικῶν λόγος οἶδε πῶς διακείμενος,
6 ϗ τί ποιεῖ, καὶ ἐπὶ τίνος ὕλης. Αριστος τρόπος τῦ ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἐξομοιῦσθαι. Ενὶ τέρπυ ϗ παραπαύυ, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν
8 ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν, σὺν μνήμῃ θεῦ. Τὸ ἡγεμονικόν ἐστι, τὸ ἑαυτὸ ἐγεῖρον ϗ τρέπον, ϗ ποιῶν μὲν ἑαυτὸ οἷον ἂν ϗ θέλῃ, ποιῶν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμ-
9 βαῖνον, οἷον αὐτὸ θέλει. Καλὰ τὴν τῆς ὅλων φύσιν ἕκαστα περαίνεται. ὑ γὰρ κατ' ἄλλην γέ τινα φύσιν, ἤτοι ἔξωθεν περιέχυσαν, ἢ ἐμπεριεχομένην ἔνδον, ἢ ἔξω ἀ-
10 περιληπτον. Ητοι κυκεὼν ϗ ἀνέμπλοκὴ ϗ σκεδασμὸς·

ἢ ἕνωσις καὶ τάξις, [1] πρόνοια. εἰ μὲν οὖν τὰ πρότερα, τί καὶ
ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγκρίματι καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρί-
βειν; τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ ὅπως ποτὲ
[2] αἶα γίνεσθαι; τί δὲ καὶ ταράσσομαι; ἥξει γὰρ ἐπ' ἐμὲ ὁ
σκεδασμὸς, ὅ, τι ἂν ποιῶ· εἰ δὲ θάτερα ἐστι, σέβω καὶ ἀ-
σταθῶ, καὶ θαῤῥῶ τῷ διοικοῦντι. Οταν ἀναγκασθῇς ὑπὸ 11
τῶν περιεστηκότων οἱονεὶ διαταραχθῆναι, ταχέως ἐπάνιθι
εἰς ἑαυτὸν, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἐξίστασο τοῦ ῥυθ-
μοῦ, ἔση γὰρ ἐγκρατέστερος τῆς ἁρμονίας, τῷ συνεχῶς
εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεσθαι. Εἰ μητρυιάν τε ἅμα εἶχες 12
καὶ μητέρα, ἐκείνην τ' ἂν ἐθεράπευες, καὶ ὅμως ἡ ἐπάνο-
δός σοι πρὸς τὴν μητέρα συνεχὴς ἐγίνετο. τοῦτό σοι
νῦν ἐστιν ἡ αὐλὴ, καὶ φιλοσοφία· ὧδε πολλάκις ἐπάνι-
θι, καὶ προσαναπαύου ταύτῃ, δι' ἣν καὶ τὰ ἐκεῖ σοι ἀνεκτὰ
φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός. Οἷον δὴ τὸ φαν- 13
τασίαν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὄψων καὶ τῶν τοιούτων ἐδω-
δίμων· ὅτι νεκρὸς οὗτος ἰχθύος, οὗτος δὲ νεκρὸς ὄρνι-
θος, ἢ χοίρου· καὶ πάλιν, ὅτι ὁ Φάλερνος, χυλάριόν
ἐστι σταφυλίου· καὶ ἡ περιπόρφυρος, τριχία προβατίου
αἱματίῳ κόγχης δεδευμένα· καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν συνου-
σίαν, ἐντερίου παράτριψις, καὶ μετά τινος σπασμοῦ μυ-
ξαρίου ἔκκρισις. [3] οἵαν δὴ αὗταί εἰσιν αἱ φαντασίαι
καθικνούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ διεξιοῦσαι δι'
αὐτῶν, ὥστε ὁρᾶν ἅτινά ποτ' ἐστίν. οὕτως δεῖ παρ' ὅλον
τὸν βίον ποιεῖν, καὶ ὅπου λίαν ἀξιοπιστότατα πράγμα-
τα φαντάζεται, ἀπογυμνοῦν αὐτὰ, καὶ τὴν ἀτέλειαν αὐ-
τῶν καθορᾶν, καὶ τὴν ἱστορίαν, [4] ὑφ' ἣ σεμνύνεται, περι-
αιρεῖν. δεινὸς γὰρ ὁ τῦφος παραλογιστής· καὶ ὅτε δο-
κεῖς μάλιστα περὶ τὰ σπουδαῖα καταγίνεσθαι, τότε
μάλιστα καταγοητεύει. ὅρα γοῦν [5] ὁ Κράτης, τί περὶ
αὐτοῦ

cinnnus quidam rerum, nunc concurſu fortuito invicem implexarum, mox diſſipatarum denuo: aut eſt compages rerum in unum ordine juſto convenientium, quae providentia regatur. ſi prius illud, quid eſt, quod deſiderem in temeraria miſcela colluvieque iſtiuſmodi *ulterius* commorari? aut cur aliud quicquam mihi curae ſit, quam ut quoquo modo in terram redigar? quorſum etiam perturbor? quicquid enim egero, ſuperveniet aliquando diſſipatio. ſin quod poſterius eſt poſitum, rectorem veneror, eo-
11 demque fretus, firmus animi conſiſto. Siquando à rebus circumſtantibus per vim quandam adactum perturbari te ſenſeris, cito ad te redi, nec plus quam neceſſe eſt, ab *animi* tenore congruo recede. tenoris enim ſervandi valentior fies, ad eum jugiter recur-
12 rendo. Si novercam ſimul matremque haberes, etiamſi et illam coleres, ad iſtam tamen frequentiſſime te reciperes. harum inſtar habeant apud te, aula et philoſophia: ad hanc ſaepius accede, hac quieſce, cujus ope, cum quae ibi occurrunt tibi futura ſunt toleratu facilia, tum et ipſe in eis toleratu facilis.
13 De obſoniis atque eduliis ejuſmodi cogitare licet, hoc piſcis eſſe cadaver, hoc avis, hoc ſuis: ac rurſus de falerno, eſſe uvulae ſuccum; de purpura, eſſe oviculae capillos conchylii cruore tinctos; de coitu, eſſe inteſtini frictionem, mucique cum convulſione quadam excretionem: cogitationes enim iſtae ita res ipſas attingunt, eaſdemque pervadunt, ut quaenam eae ſint, penitius per hoc cernere detur. ad eundem modum per vitam totam agendum eſt, ut res etiam, quae comprobatu digniſſimae videbuntur, prorſus denudemus, vilitatemque earum intueamur, et tollamus eam, qua evehi ſolent, narrationis pompam omnem. gravis enim impoſtor faſtus eſt; et tum maxime effaſcinat, cum circa ea quis verſatur, quae ſtudio digna videntur. vide igitur de Xenocrate ipſo Crates quid dix-

erit. Eorum quae vulgus hominum admiratur, pleraque ad generaliſſima rerum capita referuntur, quae vel forma mera, vel natura continentur; qualia ſunt lapides, ligna, ficus, vites, oleae: quae autem moderatiores paulo ſuſpiciunt, ad ea referuntur, quae anima ſunt praedita, veluti greges, et armenta: quae vero politiores adhuc afficiunt, ad ea pertinent, quae anima continentur rationali, non quidem univerſali illa, ſed qua artium cultrix, aliaſve ſolers exſtitit, aut qua mere talis, ut ſervitiorum turbam poſſidere. caeterum qui animam rationalem univerſalem ac civilem veneratur, is, reliquis rebus omnibus inſuper habitis, in hoc praecipue incumbit, ut animam in eo ſtatu ſuam conſervet, quo rationi ac communioni conſentanee ſe habeat geratque, et congeneri ſuo *cuilibet*, ut hoc ipſum praeſtet, operam itidem mutuatur ſuam. 14
Quaedam fieri properant, quaedam fuiſſe: et illius e- 15
tiam quod fit, aliquid jam abſceſſit. fluxus et mutationes mundum perpetim renovant, ſicut temporis ſucceſſio nunquam intermiſſa aevum interminatum exhibet novum ſubinde. in hoc igitur flumine, in quo conſiſtere non datur, quorſum quis horum ſic praeterlabentium quicquam in precio habeat? perinde ac ſi avicularum praetervolantium aliquam diligere quis inciperet, cum ea è conſpectu ſtatim abſceſſerit. hujuſmodi res eſt et vita cujuſque, quaſi exhalatio nempe quaedam à ſanguine orta, et ab aëre ſpiritus attractio. quale enim quiddam eſt aërem ſemel traxiſſe, mox reddere, quod momentis ſingulis facimus; tale quiddam eſt et totam illam reſpirandi facultatem, quam heri et nudiuſtertius in ortu acceperas, eo redonare, unde primo hauſeras. Non eſt aeſtimatione multa 16
dignum aut perſpirari, quod et plantarum eſt; aut reſpirare, quod et pecudum et belluarum eſt, aut à ſenſibus rerum imagines impreſſas admittere; aut ab affectibus ſigillarium inſtar impelli; aut gregatim convenire; aut nutriri: hoc enim perinde eſt atque alimenti

14 αὐτοῦ τοῦ Ξενοκράτους λέγει. Τὰ πλεῖστα ὧν ἡ πλη-
θὺς θαυμάζει, εἰς γενικώτατα ἀνάγεται, τὰ ὑπὸ [1] ἕξε-
ως ἢ φύσεως συνεχόμενα, λίθους, ξύλα, συκὰς, ἀμ-
πέλους, ἐλαίας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀλίγῳ μετριοτέρων, εἰς
τὰ ὑπὸ ψυχῆς, οἷον, ποίμνας, ἀγέλας· τὰ δὲ ὑπὸ
τῶν ἔτι χαριεστέρων, εἰς τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, [2] οὐ
μέντοι καθολικῆς, ἀλλὰ καθὸ τεχνικὴ, ἢ ἄλλως πως
ἐντρεχὴς, ἢ κατὰ ψιλὸν, τὸ πλῆθος ἀνδραπόδων κεκ-
τῆσθαι. ὁ δὲ ψυχὴν λογικὴν καθολικὴν καὶ πολιτικὴν
τιμῶν, οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπιστρέφεται· πρὸ ἁπάντων
δὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν,
καὶ κινούμενον διασώζει, καὶ [3] τῷ ὁμογενεῖ εἰς τοῦτο συνεργεῖ.
15 Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγονέναι, καὶ τοῦ
γινομένου δὲ ἤδη τι ἀπέσβη· ῥύσεις καὶ ἀλλοιώσεις, ἀνα-
νεοῦσι [τὸν ἄπειρον αἰῶνα] τὸν κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ
ἡ τοῦ χρόνου ἀδιάλειπτος φορὰ νέον ἀεὶ παρέχεται. ἐν δὴ
τούτῳ τῷ ποταμῷ, τί ἄν τις τούτων τῶν παραθεόν-
των ἐκτιμήσειεν, ἐφ' οὗ στῆναι οὐκ ἔξεστιν; ὥσπερ εἴτις τι
τῶν παραπετομένων στρουθίων φιλεῖν ἄρχοιτο· τὸ δ' ἤδη
ἐξ ὀφθαλμῶν ἀπελήλυθεν. τοιοῦτον δή τι καὶ αὐτὴ ἡ
ζωὴ ἑκάστου, οἷον ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ
τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. ὁποῖον γὰρ ἐστι τὸ ἅπαξ ἑλκῦσαι
τὸν ἀέρα καὶ ἀποδοῦναι, ὅπερ παρέκαστον ποιοῦμεν, τοι-
οῦτόν ἐστι καὶ τὸ τὴν πᾶσαν ἀναπνευστικὴν δύναμιν, ἣν
χθὲς καὶ πρώην ἀποτεχθεὶς ἐκτήσω, ἀποδοῦναι ἐκεῖ, ὅθεν
16 τὸ πρῶτον ἔσπασας. Τίμιον, οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι,
ὡς τὰ φυτά· οὔτε τὸ ἀναπνεῖν, ὡς τὰ βοσκήματα καὶ
τὰ θηρία· οὔτε τὸ τυποῦσθαι κατὰ φαντασίαν· οὔτε
τὸ νευροσπαστεῖσθαι καθ' ὁρμήν· οὔτε τὸ συναγελάζεσ-
θαι οὔτε τὸ τρέφεσθαι· τοῦτο γὰρ ὅμοιον τῷ ἀποκρί-

νειν

νειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς. τί οὖν τίμιον; τὸ κροτεῖσθαι; οὐχί. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν κροτεῖσθαι· αἱ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν εὐφημίαι, [1] κρότος γλωσσῶν. ἀφῆκας οὖν καὶ τὸ δοξάριον, τί καταλείπεται τίμιον; δοκῶ μὲν, τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ [2] ἴσκεσθαι, ἐφ' ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαι ἄγουσι καὶ αἱ τέχναι. ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα [3] τοῦτο στοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον πρὸς ὃ κατεσκεύασται· ὅ τε φυτουργὸς ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου, καὶ ὁ πωλοδάμνης, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος, τοῦτο ζητεῖ. αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι ἐπὶ τί σπεύδουσιν; ὧδε οὖν τὸ τίμιον. καὶ τοῦτο μὲν ἂν εὖ ἔχῃ, οὐδὲν τῶν ἄλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ. οὐ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ, οὔτε αὐτάρχης, οὔτε ἀπαθής. ἀνάγκη γὰρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφορᾶσθαι τοὺς ἀφελέσθαι ἐκεῖνα δυναμένους, ἐπιβουλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπό σου· ὅλως πεφύρθαι ἀνάγκη τὸν ἐκείνων τινὸς ἐνδεῆ· προσέτι δὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι· ἡ δὲ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμὴ, σεαυτῷ τε ἀρεστόν σε ποιήσει, καὶ τοῖς κοινωνικοῖς εὐάρμοστον, καὶ τοῖς θεοῖς σύμφωνον, τουτέστιν, ἐπαινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι καὶ διατετάχασιν. Ανω, κάτω, 17
κύκλῳ, φοραὶ τῶν στοιχείων. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κίνησις ἐν οὐδεμίᾳ τούτων, ἀλλὰ θειότερόν τι, καὶ ὁδῷ δυσεπινοήτῳ προϊοῦσα εὐοδεῖ. Οἷόν ἐστιν, ὃ ποιοῦσιν; τοὺς 18
μὲν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐφημεῖν οὐ θέλουσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων εὐφημηθῆναι, οὓς οὔτε εἶδον ποτὲ οὔτε ὄψονται, περὶ πολλοῦ ποιοῦνται. τοῦτο δὲ ἐγγύς ἐστι τῷ λυπηθῆναι ἂν, ὅτι οὐχὶ καὶ οἱ προγενέστεροι περί σου λόγους εὐφήμους

ἐποι-

menti quod eſt ſuperfluum excernere. ecquid eſt igitur, quod precio aliquo dignum ſit? num plauſibus excipi? nequaquam. itaque nec linguarum ſtrepitu excipi. quid enim ſunt aliud vulgi acclamationes, quam linguarum ſtrepitus? ita cum et gloriolam miſſam feceris, quid tandem ſupererit precio dignum? *hoc unum* opinor, ſecundum conditionis ſuae rationem, moveri ſeque ſiſtere, hoc eſt, ad quod ſtudia *reliqua* arteſque nos ducunt. omnis enim ars ad hoc collineat, ut quicquid producit, ad opus illud aptum ſit, ad quod productum eſt. ſiquidem hoc vinitor qui vites colit, hoc qui equos domat, hoc qui canes curat, intendit. quin et puerorum inſtitutiones et diſciplinae ad quid aliud contendunt? iſtic ergo reperitur quod in precio ſit habendum. atque hoc bene ſi habuerit, nihil aliud quod acquiras, opus erit. non tu deſines tandem in precio alia multa habere? nec liber itaque futurus es, nec tibi ſufficies, nec perturbationibus immunis eris. etenim neceſſe erit invidere, aemulari, eos ſuſpectos habere, qui his privare te poſſunt, eis ſtruere inſidias, qui id, quod tu tanti aeſtimas, poſſident. omnino neceſſe erit macerari te, ubi horum tibi aliquid defuerit; et de Diis etiam ſaepenumero conqueri. at contra mentem propriam ſi in veneratione ac honore habueris, et tibi gratum id te faciet, et communioni accommodum, et Diis conſentientem, dum quaecun-
17 que illi attribuunt ac conſtituunt, laudas. Surſum, deorſum, in orbem feruntur elementa. virtutis vero motus nulla harum via fertur. ſed divinius eſt quiddam, viaque haud facili apprehenſu progrediens, proſ-
18 pere ſemper procedit. Quale, *quaeſo*, hoc eſt, quod faciunt *homines?* eos qui eodem ſecum tempore vivunt, laudare cum renuant; ipſi à poſteris, qui eos nec norint unquam nec viderint, celebrari plurimi faciunt. hoc autem idem eſt prope, ac ſi quis contriſtaretur, quia homines priſci encomiis eum non ſint proſe-

profecuti. Noli, ſiquid tibi fuerit effectu difficile, 19
opinari *ideo*, hominem nullum id poſſe ſed ſiquid fuerit, quod poſſit quiſquam, hominiſque ſit munus, id te quoque aſſequi poſſe exiſtimes. Inter exercen- 20
dum ſiquis unguibus lancinaverit, aut capite alliſo plagam impegerit, nullam indignationis notam edimus, nec offendimur, nec tanquam inſidiatorem deinceps ſuſpectum hunc habemus. cavemus tamen nobis ab eo quantum poſſumus, ſed nec tanquam ab hoſte, aut tanquam ſuſpicaces, verum ita, ut animo pacato declinemus tantum. eodem plane modo et in reliqua nos vita geramus: ne advertamus illis animum, quae ab eis, qui *nobiſcum in vita* quaſi committuntur, *hujuſmodi* multa contingunt. licet enim *illos*, ut dixi, cavere et declinare citra ſuſpicionem ullam aut odium. Si quis convincere me po- 21
terit, palamque mihi facere, quod in re ulla minus recte vel ſentiam vel me geram, laeto lubentique animo mutabo. ſector enim veritatem, à qua nemo unquam laeſus eſt. laeditur vero, qui in errore ſuo et ignorantia perſiſtit. Ego, quod mei eſt officii, ex- 22
ſequor. reliqua me neutiquam ſolicitum habent. aut enim anima, aut ratione carent, aut aberrantia ſunt, viaeque neſcia. Animantibus, adeoque omnibus in 23
univerſum rebus ac ſubjectis rationis exſortibus, utpote ratione praeditus ipſe qui ſis, magno liberoque utaris animo. homines vero, cum rationis ſint tecum participes, tanquam ſocietate tibi conjunctos habeas. in cunctis vero opem divinam advoces: nec intereſſe exiſtimes, quamdiu haec facturus ſis: ſuffecerint enim ſic exactae vel horae tres. Alexander Macedo, e- 24
juſdemque mulio, cum mortui ſint, ad idem plane redacti ſunt. vel enim in eaſdem mundi rationes ſeminales recepti, vel in atomos pariter ſunt diſſipati. Cogita tecum, quot intra noſtrum unumquemque, et 25
tam in corpore, quam et in anima, uno eodemque temporis momento ſimul fiant. ita fiet, ne miraculo

ſit,

19 ἐποιῆσο. Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυσκαταπόητον, τοῦτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ' εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ οἰκεῖον, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νό-
20 μιζε. Ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὄνυξι καλέδρυφέ τις, καὶ τῇ κεφαλῇ [1] ἐρραγεὶς πληγὴν ἐποίησεν. ἀλλ' ὕστε [2] ἐπισημαινόμεθα, ὕστε προσκόπτομεν, ὕστε ὑφορώμεθα ὕστερον, ὡς ἐπίβουλον· καί τοι φυλατόμεθα, οὐ μέν τοι ὡς ἐχθρὸν, οὐδὲ μετ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως ἕνεκεν. τοιοῦτόν τοι γνώσῃ, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τοῦ βίου· πολλὰ παρενθυμώμεθα, οἷον προσγυμναζομένων. ἔξεσι γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲ ὑπο-
21 πτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι. Εἴ τίς με ἐλέγξαι, καὶ παρασῆσαί μοι, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω, ἢ πράσσω, δύναμαι, χαίρων μεταθήσομαι· ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλάβη. βλάπτεται δὲ ὁ ἐ-
22 πιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας. Ἐγὼ δὲ ἑμαυτοῦ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἄλλα με οὐ περιπατεῖ· ἤτοι γὰρ ἄψυχα, ἢ ἄλογα, ἢ πεπλανημένα, καὶ τὴν
23 ὁδὸν ἀγνοοῦντα. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις καὶ καθόλου πράγμασι καὶ ὑποκειμένοις, ὡς λόγον ἔχων, λόγον μὴ ἔχουσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως. τοῖς δὲ ἀνθρώποις, ὡς λόγον ἔχουσι, χρῶ κοινωνικῶς. ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ· καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις· ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦ-
24 ται. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτοῦ ἀποθανόντες εἰς τ' αὐτὸ κατέσησαν· ἤτοι γὰρ ἐλήφθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους· ἢ
25 διεσκεδάσθησαν ὁμοίως εἰς τὰς ἀτόμους. Ἐνθυμήθητι πόσα καλὰ τὸν αὐτὸν ἀκαριαῖον χρόνον ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται, σωματικὰ ὁμοῦ καὶ ψυχικά. καὶ

ὅτως ὐ θαυμάσεις, εἰ πολὺ πλείω, μᾶλλον δὲ πάντα
τὰ γινόμενα ἐν τῷ ἑνί τε ϗ σύμπαντι, ὃ δὴ κόσμον ὀ-
νομάζομεν, ἅμα ἐνυφίστατ. Εάν τίς σοι προβάλῃ, 26
πῶς γράφετ τὸ Αντωνίνυ ὄνομα, μήτι κατεντεινόμε-
νος προίσῃ ἕκαστον τῶν στοιχείων; τί οὖν ἐὰν ὀργίζωντ,
μήτι ἀντοργιῇ; μήτι ὐκ ἐξαριθμήσῃ πράως, πρὶὼν
ἕκαστον τῶν γραμμάτων; ὅτως οὖν καὶ ἐνθάδε μέμνησο,
ὅτι [1] πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται.
τύτυς δεῖ τηροῦντα, ϗ μὴ θορυβύμενον, μηδὲ τοῖς δυσ-
χεραίνυσιν ἀντιδυσχεραίνοντα, περαίνειν ὁδῷ τὸ προκεί-
μενον. [2] Πῶς ὠμόν ἐστι μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώ- 27
ποις ὁρμᾷν ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμ-
φέροντα. καί τοι τρόπον τινὰ ὐ συγχωρεῖς αὐτοῖς τῦ-
το ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτεῖς ὅτι ἁμαρτάνυσι. φέροντ
γὰρ πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα ϗ συμφέροντα αὐτοῖς. ἀλλ'
ὐκ ἔχει ὅτως. ὐκοῦν δίδασκε, ϗ δείκνυε μὴ ἀγανακτῶν.
Θάνατος ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας, ϗ ὁρμητι- 28
κῆς νευροσπαστείας, ϗ διανοητικῆς διεξόδυ, ϗ τῆς πρὸς
τὴν σάρκα λειτυργίας. Αἰσχρόν ἐστι, ἐν ᾧ βίῳ τὸ 29
σῶμά σοι μὴ ἀπαυδᾷ, ἐν τύτῳ τὴν ψυχὴν προαπαυ-
δᾷν. Ορα μὴ [3] ἀποκαισαρωθῇς, μὴ βαφῇς· γίνετ 30
γὰρ. τήρησαι οὖν σεαυτὸν ἁπλοῦν, ἀγαθὸν, ἀκεραιον, σεμ-
νὸν, ἄκομψον, τῦ δικαίυ φίλον, θεοσεβῆ, ἐυμενῆ, φι-
λόστοργον, ἐῤῥωμένον πρὸς τὰ πρέποντα ἔργα. ἀγώνισαι,
ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς, οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι φιλοσο-
φία. αἰδοῦ θεὺς, σώζε ἀνθρώπυς. βραχὺς ὁ βίος· εἷς καρ-
πὸς τῆς ἐπιγείυ ζωῆς, διάθεσις ὁσία, ϗ πράξεις κοινω-
νικαί. πάντα, ὡς Αντωνίνυ μαθητής· τὸ ὑπὲρ τῶν κατὰ
λόγον πρασσομένων εὔτονον ἐκείνυ, ϗ τό ὁμαλὲς πανταχοῦ,
ϗ τὸ ὅσιον καὶ τὸ [5] εὐόδιον τῦ προσώπυ, ϗ τὸ μει-
λίχιον,

sit, si multo plura, vel cuncta potius quae fiunt, in hoc uno, quem mundum utique vocamus, universo,
26 simul producantur. Si quis te rogaverit, Antonini nomen quomodo scribatur, nunquid cum vocis intensione elementa singula proferres? quid igitur? si irascuntur tibi, num tu viciſſim illis ſuccenſebis? et non potius literas ſingulas placide enumerare perges? proinde et iſtic pari modo memineris, officium omne quaſi numeris quibuſdam abſolvi: quibus obſervatis oportet te nec perturbatum, nec indignationem alia indignatione penſantem, ſed recta pergentem, per-
27 ficere quod prae manibus eſt. Crudele quiddam eſt, non permittere hominibus, ut ad ea ferantur, quae ad ſe pertinere ſibique conducere opinantur. atque hoc tu illis quodammodo non permittis facere, cum peccare illos aegre fers. feruntur enim prorſus, *cum peccant*, ad ea de quibus ipſi ſic opinantur. verum res, *inquis*, aliter ſe habet. tu itaque illos doce, er-
28 roremque illis oſtende, ſed abſque iracundia. † Mors finem imponit ſenſuum impreſſioni, et affectuum impulſui, et mentis diſcurſui, et obeundo circa carnem
29 miniſterio Turpe eſt in vitae tuae inſtituto, prius
30 animam tibi deficere, quam corpus deficiat. Cave ne in mores Caeſareos tranſeas, ne inficiaris: ſolet enim hoc fieri. itaque ſerva te ſimplicem, bonum, integrum, gravem, ſerium, juſti amantem, pium, placidum, affectu genuino praeditum, in officio praeſtando ſtrenuum. contende, talis ut perſiſtas, qualem facere te philoſophia volebat. Deos verere, homines tuere. brevis eſt vita. fructus unus hic terreſtris vitae iſtius, diſpoſitio pia, actioque benefica. tanquam Antonini diſcipulus, *fac* quaecunque *facis*. *imitare* conſtantem illius in rebus rite geſtis tenorem, in cunctis aequabilitatem, pietatem, vultus ſerenitatem, comitatem, gloriae inanis contemptum, in rebus in-

dagandis ſtudium; utque nihil omnino praeterierit, priuſquam ſedulo conſideraſſet et liquido perſpexiſſet: utque tulerit immerito reprehendentes, nec eos viciſſim redarguerit. ut nihil enixe aut feſtine molitus fuerit: ut delationes non admiſerit: ut morum actionumque accuratus explorator fuerit; non conviciator, non meticuloſus, non ſuſpicioſus, non ſophiſta. ut paucis contentus, tecto nempe, ſtrato, veſte, victu, ſervitio: ut laborum amans, iraſci tardus: eodem loci ad veſperam uſque, diaetae tenuis beneficio, manere potis; nec excernere, niſi tempore conſueto, neceſſe habens. adhaec conſtantiam et aequabilitatem in amicitiis colendis. utque ſententiis ipſius libere ſe opponentes ſuſtinuerit; gaviſus etiam, ſi quis melius quicquam proferret. denique ut citra ſuperſtitionem fuerit religioſus. *haec inquam imitare*, ut probe conſcio tibi, ſicut illi olim ſuperveniat hora noviſſima. Expergiſcere, teque revoca. et ſomno 31
excuſſo, ubi intellexeris, ſomnia mera fuiſſe, quae te conturbant, iſta vigilans jam denuo intuere, quo modo illa es intuitus, quae in ſomniis vidiſti. Ex 32
corpuſculo atque anima conſto. corpuſculo indifferentia ſunt omnia: neque enim res diſtinguere novit. menti vero indifferentia ſunt, quaecunque non ſunt peculiaria ejuſdem opera. quot vero ſunt peculiaria ejuſdem opera, haec omnia in poteſtate ſua ſita habet: et ex his etiam ea ſola *ad eam pertinent*, quae circa id quod in manibus jam eſt, verſantur. futura enim et praeterita illius opera, et ipſa eidem jam ſunt indifferentia. Nullus eſt pedi aut manui praeter 33
naturam labor, dum pes quod pedis eſt, manus, id quod manus eſt, faciat. pari modo nec homini, qua homo eſt, labor *ullus* eſt praeter naturam, dum id quod hominis eſt, faciat. ſi autem praeter naturam

illi

λίχιον, καὶ τὸ ἀκενόδοξον, καὶ τὸ περὶ τὴν κατάληψιν τῶν πραγμάτων φιλότιμον· καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐκ ἄν τι ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον εὖ μάλα κατιδὼν, καὶ σαφῶς νοήσας· καὶ ὡς ἔφερεν ἐκεῖνος τοὺς ἀδίκως μεμφομένους μὴ ἀντιμεμφόμενος· καὶ ὡς ἐπ' οὐδὲν ἔσπευδεν· καὶ ὡς διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο· καὶ ὡς ἀκριβὴς ἦν ἐξεταστὴς ἠθῶν καὶ πράξεων· καὶ οὐκ ὀνειδιστὴς, οὐ ψοφοδεὴς, οὐχ ὑπόπτης, οὐ σοφιστής· καὶ ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενος, οἷον οἰκήσει, στρωμνῇ, ἐσθῆτι, τροφῇ, ὑπηρεσίᾳ· καὶ ὡς φιλόπονος, καὶ μακρόθυμος· καὶ οἷος [1] μὲν ἐν τῷ μέχρι ἑσπέρας διὰ τὴν λιτὴν δίαιταν, μηδὲ τοῦ ὑποκρίνειν τὰ περιττώματα παρὰ τὴν συνήθη ὥραν χρήζων· καὶ τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν ταῖς φιλίαις αὐτοῦ· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι ἀντιβαινόντων παῤῥησιαστικῶς ταῖς γνωμαῖς αὐτοῦ, καὶ χαίρειν εἴ τις δεικνύοι κρεῖττον· καὶ ὡς θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας· ἵν' οὕτως εὐσυνειδήτῳ σοι
31 ἐπιστῇ ἡ τελευταία ὥρα, ὡς ἐκείνῳ. [2] Ἀνάνηφε καὶ ἀνακαλοῦ σεαυτόν. καὶ ἐξυπνισθεὶς πάλιν καὶ ἐννοήσας, ὅτι ὄνειροί σοι ἠνώχλουν, πάλιν ἐγρηγορὼς βλέπε ταῦτα, ὡς ἐ-
32 κεῖνα ἔβλεπες. Ἐκ σωματίου εἰμὶ καὶ ψυχῆς. τῷ μὲν οὖν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα· οὐδὲ γὰρ δύνατο διαφέρεσθαι. τῇ δὲ διανοίᾳ ἀδιάφορα, ὅσα μή ἐστιν αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα δέ γε αὐτῆς ἐστιν ἐνεργήματα, ταῦτα πάντα ἐπ' αὐτῇ ἐστιν. καὶ τούτων μέν τοι, ἃ περὶ μόνον τὸ παρὸν πραγματεύεται· τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρῳχηχότα
33 ἐνεργήματα αὐτῆς, καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα. Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χειρὶ, οὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ ποῦς [3] τὸ τοῦ ποδὸς, καὶ ἡ χεὶρ τὰ τῆς χειρός. οὕτως οὖν οὐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ φύσιν ἐστὶν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. εἰ δὲ

παρὰ

παρὰ φύσιν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ.
[1] Ηλίκας ἡδονὰς ἥδησαν λῃσταί, κίναιδοι, παλλακοῖ- 34
αι, τύραννοι; Οὐχ ὁρᾷς πῶς οἱ βάναυσοι τεχνῖ- 35
ται ἀρμόζονται μὲν ἄχρι τινὸς πρὸς τὰς ἰδιώτας, οὐδὲν
ἧσσον μέντοι ἀνέχονται τοῦ λόγου τῆς τέχνης, καὶ τού-
του ἀποσῆναι οὐκ ὑπομένουσιν; οὐ δεινὸν εἰ ὁ [2] ἀρχιτέκ-
των, καὶ ὁ ἰατρὸς μᾶλλον αἰδέσιμον τὸν τῆς ἰδίας τέχ-
νης λόγον, ἢ ὁ ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινός
ἐστι πρὸς τοὺς θεούς; Η Ασία, ἡ Εὐρώπη, γωνία 36
τοῦ κόσμου· πᾶν πέλαγος, σταγὼν τοῦ κόσμου· Αθως
βωλάριον τοῦ κόσμου· πᾶν τὸ ἐνεστὼς τοῦ χρόνου, σιγμὴ
τοῦ αἰῶνος. πάντα μικρά, εὔτρεπτα, ἐναφανιζόμενα.
πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται, ἀπ' ἐκείνου τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ
[4] ὁρμήσαντα, ἢ κατ' ἐπακολούθησιν· καὶ τὸ χάσμα ὧν
τοῦ λέοντος, καὶ τὸ δηλητήριον, καὶ πᾶσα κακουργία, ὡς
ἄκανθα, ὡς βόρβορος, ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν σεμ-
νῶν καὶ καλῶν. μὴ οὖν αὐτὰ ἀλλότρια τούτου, ὃ σέβεις,
φαντάζου· ἀλλὰ τὴν πάντων πηγὴν ἐπιλογίζου. Ο τὰ 37
νῦν ἰδών, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ αἰδίου ἐγγένετο, καὶ ὅσα
εἰς τὸ ἄπειρον ἔσται· πάντα γὰρ ὁμογενῆ, καὶ ὁμοειδῆ.
Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὴν ἐπισύνδεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ 38
κόσμῳ, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα. τρόπον γάρ τινα πάντα
ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα κατὰ τοῦτο φίλα ἀλ-
λήλοις ἐστί. καὶ γὰρ ἄλλῳ ἐξῆς ἐστι τοῦτο, διὰ τὴν τοπικὴν
[5] κίνησιν καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς οὐσίας. Οἷς 39
συσκευάσω πράγμασι, τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν.
καὶ οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, τούτους φίλει, ἀλλ' ἀληθι-
νῶς. Οργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος πᾶν, εἰ πρὸς ὃ 40
κατεσκεύασται ποιεῖ, εὖ ἔχει. καί τοι ἐκεῖ ὁ κατασκευ-
άσας ἐκπωδών. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὸ φύσεως συνεχομένων,
ἔνδον

34 illi non eſt, nec malum eſt ei. Quanta voluptate perfunduntur *etiam* latrones, cinaedi, parricidae, ty-
35 ranni? Nonne vides, ut artifices mechanici, etiamſi hominibus imperitis quadantenus concedant, artis tamen ſuae rationem nihilominus enixe adverſus illos tueantur, nec ab ea quicquam abſcedere ſuſtineant? num ferendum ergo, architectum medicumve artis ſuae rationem pluris facere quam hominem ſuae, quae eſt illi cum Diis ipſis communis?
36 Aſia, Europa, orbis ſunt anguli: mare quodvis orbis guttula: Athos *mons*, ejuſdem glebula: tempus inſtans omne, punctum aevi. parva omnia, caduca, evanida. proveniunt indidem univerſa, à mente communi illa *vel directe* profecta, vel per conſequentiam neceſſariam; etiam rictus leonis, et venena, et noxium quidvis, ſicut ſpina, et lutum, quae rerum illarum ſpecioſarum ac pulcrarum appendices ſunt. noli ergo iſta ab eo quem colis aliena opinari: ſed
37 rerum univerſarum originem tecum perpende. Qui praeſentia videt, cuncta vidit, tum quae ab aeterno fuere, tum quae in aeternum futura ſunt. cuncta
38 enim cognata ſunt et uniformia. Perpende tecum jugiter rerum omnium, quae in mundo ſunt, connexionem mutuam, quamque ad ſe invicem affectionem habeant. ſunt enim omnia quodammodo ſibi invicem implexa, atque ea ratione ſibi invicem amica. alterum enim alterius conſequens eſt, et per connexionem localem, et per conſpirationem mutuam, et
39 per materiae continuitatem. Quibus deſtinatus es rebus, eis te accommoda; et quibuſcum *vivere* ſortitus es, homines eos, idque veraciter fac diligas.
40 Organum, inſtrumentum, vas quodlibet, ſi id ad quod conditum eſt facit, bene ſe habet. ibi tamen opifex, qui condiderat, jam abiit. at in eis, quae à

natura

natura continentur, intus eſt, ibique reſidet, quae ea condiderat, vis. proinde magis illam vereri oportet; exiſtimandumque tibi, ſi ſecundum illius voluntatem te habueris degeriſque, omnia tibi ex animi ſententia ſe habere. ſic autem et univerſo ex animi ſententia ſui habent ſe ſua. Siquid eo- 41
rum, quae extra arbitrium tuum ſunt, bonum malumve eſſe praeſumpſeris, neceſſe erit, ut ubi iſtiuſmodi vel in malum incideris, vel bono excideris, Deos incuſes, oderis homines, qui horum alterutrius tibi vel autores fuerint, vel etiam fore ſuſpicaris. quin et multa inique agimus, dum ad iſta contendimus. at ſi ea ſola, quae arbitrii ſunt noſtri, bona malaque cenſuerimus, nulla jam ſupererit amplius cauſſa, aut Deum incuſandi, aut inimicitias adverſus hominem quenquam gerendi. Ad unum eundemque effec- 42
tum operam conferunt univerſi ſuam, alii ſcientes ac intelligentes, alii effectionis inſcii. quomodo dormientes quoque Heraclitus, opinor, operarios eſſe dixit, et ad ea quae in mundo aguntur, operas conferre. alius vero alio modo operam confert. ex abundanti vero et is qui quiritatur, et qui in adverſum nititur, et qui ea quae fiunt, tollere conatur. nam et ſic affectis mundus opus habebat. proinde cogita tandem, quorum in numerum te referas. ſiquidem rector ille univerſi omnino te probe utetur, teque in operariorum operaſque mutuas conferentium partem recipiet. tu vero cave pars ejuſmodi ſis, qualis in fabula vilis et ridiculus verſus ille, cujus meminit Chryſippus. Nunquid Sol pluviae munus ambit, aut telluris Æſ- 43
culapius? quid ſidera ipſa, nonne diverſa quamvis ſint, ad unum tamen idemque efficiendum operas mutuas conferunt? Siquid de me eiſque quae mihi 44
ſunt obventura Dii conſuluerint, omnino bene conſuluerunt. etenim conſilii expertem Deum nec cogitare facile

ἔνδόν ἐστι, καὶ παραμένει ἡ κατασκευάσασα δύναμις. καθὸ καὶ μᾶλλον αἰδεῖσθαι αὐτὴν δεῖ καὶ νομίζειν, ἐὰν κατὰ τὸ βούλημα ταύτης ἔχῃς καὶ διεξαγαγῇς, [1] ἔχει σοι πάντα κατὰ νοῦν. ἔχει δὲ οὕτως καὶ τῷ παντὶ κατὰ
41 νοῦν τὰ ἑαυτοῦ. Ο, τι ἂν τῶν ἀπροαιρέτων ὑποστήσῃς αὐτῷ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν, ἀνάγκη, κατὰ τὴν περίπτωσιν τοῦ τοιούτου κακοῦ, ἢ τὴν ἀπότευξιν τοῦ τοιούτου ἀγαθοῦ μέμψασθαί σε θεοῖς, καὶ ἀνθρώπους δὲ μισῆσαι τοὺς αἰτίους ὄντας, ἢ ὑποπτευομένους ἔσεσθαι, τῆς ἀποτεύξεως, ἢ τῆς περιπτώσεως· καὶ ἀδικοῦμεν δὴ πολλὰ, [2] διὰ τὴν πρὸς ταῦτα διαφοράν. ἐὰν δὲ μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ [3] κινῶμεν, οὐδεμία αἰτία καταλείπεται, οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι, οὔτε πρὸς ἄνθρωπον στῆναι στάσιν
42 [4] πολεμίου. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ [5] ἀνεπιστάτως. ὥσπερ καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ηράκλειτος ἐργάτας εἶναι λέγει, καὶ συνεργοὺς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. ἄλλος δὲ κατ' ἄλλο συνεργεῖ· ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀντιβαίνειν πειρώμενος, καὶ ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου ἔχρηζεν ὁ κόσμος. λοιπὸν οὖν σύνες εἰς τίνας ἑαυτὸν κατατάσσεις· ἐκεῖνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τι τῶν συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένῃ, οἷος ὁ ἀτελὴς καὶ γελοῖος στίχος
43 ἐν τῷ δράματι, οὗ [6] Χρύσιππος μέμνηται. Μήτι ὁ ἥλιος τὰ τοῦ ὑετοῦ ἀξιοῖ ποιεῖν; μήτι ὁ Ασκληπιὸς τὰ τῆς καρποφόρου; τί δὲ τῶν ἄστρων ἕκαστον, οὐχὶ διά-
44 φορα μὲν, συνεργὰ δὲ πρὸς τ' αὐτόν; Εἰ μὲν οὖν ἐβουλεύσαντο περὶ ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμοὶ συμβῆναι ὀφειλόντων οἱ θεοὶ, καλῶς ἐβουλεύσαντο· ἄβουλον γὰρ θεὸν οὐδὲ

ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. κακοποιῆσαι δέ με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελλον ὁρμᾶν; τί γὰρ αὐτοῖς, ἢ τῷ κοινῷ, ὃ μάλιστα προνοῦνται, ἐκ τούτου περιεχόμενος; εἰ δὲ μὴ ἐβουλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμοῦ, περί γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο, οἷς κατ' ἐπακολούθησιν καὶ ταῦτα συμβαίνοντα, ἀποτάζεσθαι καὶ στέργειν ὀφείλω. εἰ δ' ἄρα περὶ μηδενὸς βουλεύονται, πιστεύειν μὲν οὐκ ὅσιον, ἢ μηδὲ θύωμεν, μηδὲ εὐχώμεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, μηδὲ τἆλλα πράττωμεν, ἅπερ ἔκαστα ὡς μετὰ παρούσης καὶ συμβιούσης τὰς θεὰς πράττομεν. εἰ δὲ ἄρα περὶ μηδενὸς τῶν καθ' ἡμᾶς βουλεύονται, ἐμοὶ μὲν ἔξεστι περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύεσθαι. ἐμοὶ δέ ἐστι σκέψις περὶ τοῦ συμφέροντος· συμφέρει δὲ ἑκάστῳ, τὸ καλὰ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν καὶ φύσιν. ἡ δὲ ἐμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική· πόλις καὶ πατρὶς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. τὰ ταῖς πόλεσιν οὖν ταύταις ὠφέλιμα, μόνα ἐστί μοι ἀγαθά. Ὅσα ἐ- 45
κάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει· ἤρκει τοῦτο· ἀλλ' ἔτι ἐκεῖνο, ὡς ἐπίπαν ὄψει παραφυλάξας, ὅσα ἀνθρώπῳ ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις. κοινότερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον ἐπὶ τῶν μέσων λαμβανέσθω. [2] Ὥσπερ 46
προσίσταταί σοι τὰ ἀμφὶ τῷ θεάτρῳ καὶ τοῖς τοιούτοις χωρίοις, ὡς ἀεὶ τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς, προσκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ· τοῦτο καὶ ἐπὶ ὅλου τοῦ βίου πάσχειν. πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν. μέχρι τίνος οὖν; Ἐννόει συνεχῶς πανταχοῦ- 47
σας ἀνθρώπους, καὶ πανταχοῦ μὲν ἐπιθυμάτων, παντοδαπῶν δὲ ἐθνῶν, τεθνεῶτας· ὥστε καταλιέναι τοῦτο μέχρι [3] Φιλισίωνος, καὶ Φοίβου, καὶ Ὀριγανίωνος. μέτιθι νῦν ἐπὶ τὰ ἄλλα φῦλα. ἐκεῖ δὲ μεταβαλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπου

facile fuerit. ut autem male mihi facerent, ecquid eos impelleret? ecquid enim vel illis ipſis, vel univerſo, cujus praecipuae curam gerunt, inde accederet? quod ſi de me ſpeciatim nihil conſuluerint, at de rebus univerſi ſaltem omnino conſuluerunt; quibus et mea cum conſecutione neceſſaria cohaereant, amplecti haec debeo eiſque acquieſcere. ſin de nulla prorſus re conſilia ineunt, quod tamen impium eſt credere, quorſum tunc immolemus, ſupplicemus, juremus, alia faciamus, quae facimus ſinguli, tanquam ſi Deos praeſentes et converſantes nobiſcum habeamus? at ſi de nulla re, inquam, noſtra conſilia ineunt; quidni egomet mihi conſulam? mihi autem deliberatio competit, de eo quod conducat *mihi*. conducit vero unicuique, quod eſt conſtitutioni et naturae ipſius conſentaneum. porro natura mea rationalis et civilis eſt: civitas et patria qua Antoninus Roma; qua homo, mundus. hiſce civitatibus quae utilia, et
45 mihi ſunt bona. Quaecunque unicuique contingunt, univerſo conducunt. hoc ſufficere poterat. ſed et illud adjiciatur, quod in univerſum obſervatione habita deprehendes, quicquid alicui *conducit*, etiam aliis *conducere*. conducibilis vero vocabulum in ſenſu communi nunc ſumatur, cum de rebus mediis adhibetur.
46 Quemadmodum afficere te ſolent ea quae in theatro lociſque ejuſmodi repraeſentantur, ut eadem ſemper uniformiter exhibita, ſpectandi ſatietatem pariant: eodem modo et in vita tota ſis affectus. univerſa enim ſunt ſurſum deorſum eadem, et ex eiſdem. quo-
47 uſque igitur? Iſtud jugiter cogita, omnis generis, omniumque tam ſtudiorum, quam et nationum homines, mortem obiiſſe. deſcende hoc modo uſque ad Philiſtionem, Phoebum, Origanionem. tum ad alias claſſes te transfer. eo nimirum nos concedere

oportet, quo tot oratores diſerti, tot philoſophi verendi, Heraclitus, Pythagoras, Socrates; tot heroes priſci, tot hos ſecuti imperatores, tyranni: Eudoxus inſuper, Hipparchus, Archimedes; alia acuta, ſublimia, induſtria, verſuta, arrogantia ingenia: ipſi vitae hujuſce caducae et in dieculam durantis ſubſannatores, qualis Menippus, illiuſque ſimiles. hos omnes jam olim occubuiſſe memineris. at ecquid inde illis mali? ecquid et illis, quorum ne nomina quidem ſuperſunt? unicum ergo iſtic eſt, quod ſit plurimi faciendum, ut veritatem juſtitiamque colens ipſe, cum mendacibus injuſtiſque benevole degas. Oblectare te ſiquando libuerit, virtutes eorum, qui 48
tecum vivunt, cogita; hujus induſtriam, illius modeſtiam, alterius liberalitatem, alterius aliam aliquam. nihil enim animum oblectat magis, quam virtutum imagines in moribus eorum qui una degunt nobiſcum exſerentes ſe, et, quam fieri poteſt confertiſſime, mentis oculis ſe ingerentes. in promptu itaque ſint tibi. Nunquid quod tot pondo, non 49
autem trecentorum ſis, aegre fers? nec itaque, quod tot annos, non autem plures, victurus ſis, *aegre feras*. ſicut enim ſtaturae, ſic et temporis, quantum aſſignatum eſt tibi, tanto contentus ſis oportet. Aliis *quae juſta ſunt*, perſuadere an- 50
nitamur. ſed invitis etiam facito, quod juſtitiae ratio exegerit. quod ſiquis vi adhibita obſtiterit tibi, tu ad aequanimitatem et tranquillitatem te tranfer, eoque quod obſtat ad virtutis alterius exercitium fac utare. memineris etiam, quod cum exceptione opus aggrediebare, nec id appetebas, quod fieri non poteſt. quid ergo? conatum iſtiuſmodi. hunc autem aſſequeris, etiamſi ea quae conatus fueras, non fiant. In actione aliena ambitioſus bonum ſuum ſitum opi- 51
natur: in paſſione ſua voluptuarius: in actione ſua

vir

ὅπῳ τοσοῦτοι μὲν δεινοὶ ῥήτορες, τοσοῦτοι δὲ ξυνοὶ φιλόσοφοι, Ηράκλειτος, Πυθαγόρας, Σωκράτης· τοσοῦτοι δὲ ἥρωες πρότερον· τοσοῦτοι δὲ ὕστερον στρατηγοὶ, τύραννοι· ἐπὶ τούτοις [1] δὲ Εὔδοξος, [2] Ιππαρχος, Αρχιμήδης, ἄλλα φύσεις ὀξεῖαι, μεγαλόφρονες, φιλόπονοι, πανοῦργοι, ἀωθάδεις· αὐτῆς τῆς ἐπικήρυ καὶ ἐφημέρυ τῶν ἀνθρώπων ζωῆς χλιάσαι, οἷον Μένιππος καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. περὶ πάντων τούτων ἐννόει, ὅτι πάλαι κεῖνται· τί ὂν τοῦτο δεινὸν αὐτοῖς; τί καὶ τοῖς μηδ' ὀνομαζομένοις ὅλως; ἐν ὧδε πολλοῦ ἄξιον, τὸ μετ' ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης ἀ-
48 μένῃ τοῖς ψεύσαις καὶ ἀδίκοις διαβιῶν. Οταν ἀφρᾶναι σεαυτὸν θέλῃς, ἐνθυμοῦ τὰ προλερήμαλα τῶν συμβιώντων. οἷον, τοῦ μὲν, τὸ σρασήριον· τοῦ δὲ τὸ αἰδήμον· τοῦ δὲ τὸ ἀμελάσολον· ἄλλου δὲ ἄλλό τι. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀφραίνει, ὡς τὰ ὁμοιώμαλα τῶν ἀρετῶν, ἐμφαινόμενα τοῖς ἤθεσι τῶν συζώντων, καὶ ἀθρόα ὡς οἷόν
49 τε συμπίπλονλα. διὸ καὶ πρόχειρα αὐτὰ ἐκλέον. Μήτι δυσχεραίνεις, ὅτι τοσῶν δέ τινων λιτρῶν εἶ, καὶ οὐ τριακοσίων; οὕτω δὲ καὶ ὅτι μέχρι τοσῶν δὲ ἐτῶν βιωτέον σοι, καὶ οὐ μέχρι πλείονος· ὥσπερ γὰρ τῆς οὐσίας, ὅσον ἀφώρισαί σοι χέρσεις, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου.
50 Πειρῶμεν πείθειν αὐτούς. πράτλε δὲ καὶ τῶν ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος οὕτως ἄγῃ. ἐὰν μέν τοι βίᾳ τις προχρώμενος ἐνίσηλαι, μελάβαινε ἐπὶ τὸ ἀρέσκον καὶ ἄλυπον, καὶ σοσχρῶ εἰς ἄλλην ἀρετὴν τῇ κωλύσει· καὶ μέμνησο ὅτι [3] μεθ' ὑπεξαιρέσεως ὁρμᾷς, [4] ὅτι καὶ τῶν ἀδυνάτων οὐκ ὀρέγου. τίνος οὖν; τῆς τοίας δέ τινος ὁρμῆς. [5] τοῦτο δὲ τυσχάνεις, ἐφ' οἷς προήχ-
51 θημεν, ταῦτα γίνε). Ο μὲν φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἴδιον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει· ὁ δὲ φιλήδονος,

ἰδίαν

ἰδίαν ϖεῖσιν· ὁ δὲ νῦν ἔχων, ἰδίαν ϖρᾶξιν. Ἐξεσι 52
ϖερὶ τούτων μηδὲν ὑπολαμβάνειν, καὶ μὴ ὀχλεῖσθαι τῇ
ψυχῇ· αὐτὰ γὰρ τὰ ϖράγματα οὐκ ἔχει φύσιν ϖοιη-
κὴν τὴν ἡμετέρων κρίσεων. Εθισον ϛεαυτὸν ϖρὸς 53
[1] τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγομένῳ γίνεσθαι [2] ἀπαρενθυμήτως,
καὶ ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ λέγοντος γίνου. Τὸ τῷ 54
σμικρῷ μὴ ϛυμφέρον, οὐδὲ τῇ μελίσσῃ ϛυμφέρει. Εἰ 55
[3] κυβερνῶν) οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύων) οἱ κάμνοντες κα-
κῶς ἔλεγον, ἄλλῳ τινὶ ἂν ϖροσεῖχον; ἢ ϖῶς αὐτὸς
ἐνεργοίη, τὸ τοῖς ἐμπλέουσι ϛωτήριον, ἢ τὸ τοῖς ϑερα-
ϖευομένοις ὑγιεινόν; Πόσοι μεθ' ὧν εἰσῆλθον εἰς τὸν 56
κόσμον, ἤδη ἀπεληλύθασιν; Ικτεριῶσι τὸ μέλι 57
ϖικρὸν φαίνεται· καὶ λυσσοδήκτοις τὸ ὕδωρ φοβερόν· καὶ
ϖαιδίοις τὸ σφαιρίον καλόν. τί οὖν ὀργίζομαι; ἢ δο-
κεῖ ϛοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον ἢ τὸ χολίον
τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδήκτῳ; Καλὰ τὸν 58
λόγον τῆς σῆς φύσεως, βιῶν σε οὐδεὶς κωλύσει· ϖαρὰ
τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως, οὐδέν σοι ϛυμβήσεται.
Οἷοί εἰσιν, οἷς ϑέλουσιν ἀρέσκειν, καὶ δι' οἷα ϖεριγινό- 59
μενα, καὶ δι' οἵων ἐνεργειῶν· ὡς ταχέως ὁ αἰὼν ϖάντα
καλύψει, καὶ ὅσα ἐκάλυψεν ἤδη.

52 vir prudens. Licet de re hac vel illa nihil opinari, atque ita animi perturbationem omnem effugere. neque enim habent in se res ipsae vim ullam judicia
53 nostra eliciendi. Assuesce eis quae ab alio dicuntur animum sedulo adhibere, et quantum poteris dicentis
54 animo penitus intereſſe. Quod examini non con-
55 ducit, nec api conducit. Si gubernatori nautae, medico aegroti maledicerent, ecquem alium auscultarent? aut quo modo exsequerentur illi, quod navigantibus salutem pareret, aegrotantibus sanitatem?
56 Quam multi eorum, quibuscum in mundum intra-
57 veram, ex eodem jam exceſſerunt? Aurigine affectis mel amarum videtur; à cane rabido morsis, aqua formidabilis: *contra* pueris pila pulchrum quid. quare igitur cuiquam succenses? an minus posse putas mentis errorem, quam apud arquatum bilem, a-
58 pud lymphaticum virus? Quo minus secundum naturae tuae rationem vivas, nemo te coëgerit. praeter rationem vero naturae communis nihil tibi con-
59 tigerit. *Perpende tecum*, quales sint quibus placere cupiunt *quam plurimi*, et quarum rerum potiundi causa *id velint*, quibusque officiis *ista demereantur*. item quam cito aevum omnia condet, quotque etiam res jam condiderit.

LIBER VII.

QUID eſt vitioſitas? hoc; quod ſaepe vidiſti. 1
in omni caſu occurrat idem, hoc eſt quod ſaepe vidi. omnino ſurſum deorſum eadem deprehendes, quibus refertae ſunt hiſtoriae priſcae, mediae, praeſentes; quibus civitates atque familiae ſcatent. nihil eſt novi. conſueta et caduca ſunt omnia. Dogmata in te aboleri, quo modo poterunt, niſi co- 2
gitationes his congruae exſtinguantur? quas reſuſcitare tibi, quoties libuerit, licet. poſſum de re iſta, quod oportet, opinari. ſi poſſum, quid perturbatur mihi animus? nihil quicquam ad mentem faciunt, quae extra mentem ſunt ſita. hoc modo ſis affectus, et rectus conſiſtis. reviviſcere tibi licet. res ipſas intuere prout prius vidiſti: hoc eſt enim reviviſcere. Pompae ſtudium inane, fabulae ſcenicae, greges, ar- 3
menta, velitationes, catulis projectum oſſiculum, offula in piſcinam immiſſa, formicarum aerumnae et bajulationes, muſculorum perterritorum diſcurſus, figillaria verticillis cita. *hoc genus ſunt externa cuncta.* in his igitur benevolum placidumque conſiſtere par eſt, non autem inſoleſcere: intelligere nihilominus, tanti quemque eſſe, quanti illud eſt in quo ſtudium poſuerit. In ſermone, eis quae dicuntur; in 4
conatu omni, eis quae fiunt animum advertere oportet: et in altero quidem, quid deſignetur; in altero vero, quorſum referatur, conſiderandum. Sufficitne ad iſtud mens mea, necne? ſi ſufficit, ea 5
tanquam

ΒΙΒΛΙΟΝ. ζ'.

1 ΤΙ ἐσι κακία; τῦτ' ἔσιν, ὃ πολλάκις εἶδες· καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ τῦ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχε, ὅτι τῦτό ἐσιν ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ ῥήσεις, ὧν μεσαὶ αἱ ἱσορίαι αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυοι· ὧν νῦν μεσαὶ αἱ πόλεις καὶ οἰκίαι· ὑ-
2 δὲν καινόν· πάντα [1] καὶ συνήθη ὀλιγοχρόνια. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύνα) νεκρωθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ κατάληλαι αὐτοῖς [2] φαντασίαι σβεσθῶσιν; [3] ὡς διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπί σοί ἐσι· δύναμαι περὶ τῦτο, ὃ δεῖ, ὑπολαμβάνειν. εἰ δύναμαι, τί ταράσσομαι; τὰ ἔξω τῆς ἐμῆς διανοίας οὐδὲν ὅλως πρὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν· τῦτο πάθε, καὶ ὀρθὸς εἶ. ἀναβιῶναί σοι ἔξεσιν· ἴδε πάλιν τὰ πράγματα, ὡς ἐώρας· ἐν τύτῳ γὰ τὸ
3 ἀναβιῶναι. [4] Πομπῆς κενοσπυδία, ἐπὶ σκηνῆς δράματα, ποίμνια, ἀγέλαι, διαδοκιμασίαι, κυνιδίοις ὀσάριον ἐρριμμένον, ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμενὰς, μυρμήκων ταλαιπωρίαι, καὶ ἀχθοφορίαι, μυϊδίων ἐπλοημένων διαδρομαὶ, σιγιλλάρια νδροπασύμενα. χρὴ δ' ἐν ἐν τύτοις ἀμέμπως μὲν καὶ μὴ φρυαλτόμενον ἐσάναι· παρακολυθεῖν μέν τοι, ὅτι τοσύτε ἄξιος ἕκασός ἐσιν ὅσε ἄξιά ἐσι ταῦτα περὶ ἃ ἐασύδακεν.
4 Δεῖ καλὰ λέξιν παρακολυθεῖν τοῖς λεγομένοις, καὶ καθ' ἑκάσην ὁρμὴν γινομένοις. καὶ [5] ἐπὶ μὲν τῦ ἑτέρε, ἀθὺς ὁρᾶν, ἐπὶ τίνα σκόπον ἡ ἀναφορά· ἐπὶ δὲ τῦ ἑτέρε,
5 παραφυλάσσειν, τί τὸ σημαινόμενον. Πότερον ἐξαρκεῖ ἡ διανοιά με πρὸς τῦτο, ἢ ὄ; εἰ μὲν ἐξαρ-

κεῖ, χρῶμαι αὐτῇ πρὸς τὸ ἔργον, ὡς ὀργάνῳ παρὰ
τῆς τῶν ὅλων φύσεως δοθέντι. εἰ δὲ μὴ ἐξαρκεῖ, ἤτοι
παραχωρῶ τοῦ ἔργου τῷ δυναμένῳ κρεῖττον ἐπιτελέσαι,
ἐὰν ἄλλως τοῦτο μὴ καθήκῃ· ἢ πράσσω ὡς δύναμαι,
προσπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον κατὰ πρόχρησιν τοῦ ἐ-
μοῦ ἡγεμονικοῦ ποιῆσαι τὸ εἰς τὴν κοινωίαν νῦν καίριον
καὶ χρήσιμον. ὅ, τι γὰρ ἂν δι' ἐμαυτοῦ, ἢ σὺν ἄλλῳ ποιῶ,
ὧδε μόνον χρὴ συντείνειν, εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον καὶ
ἐνάρμοστον. Ὅσοι μὲν πολυΰμνητοι γενόμενοι, ἤδη 6
λήθῃ παραδέδονται; ὅσοι δὲ τούτους ὑμνήσαντες πάλαι
ἐκποδών; [1] Μὴ αἰσχύνου βοηθούμενος· πρόκειται γάρ 7
σοι ἐνεργεῖν τὸ ἐπιβάλλον, ὡς στρατιώτῃ ἐν τειχομα-
χίᾳ. τί οὖν ἐὰν σὺ μὲν χωλαίνων ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν ἀ- 8
ναβῆναι μόνος μὴ δύνῃ, σὺν ἄλλῳ δὲ δυνατὸν ᾖ τοῦτο;
Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω. ἥξεις γὰρ ἐπ' αὐτὰ, ἐὰν
δεήσῃ, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ πα-
ρόντα χρᾷ. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται καὶ ἡ σύν- 9
δεσις ἱερὰ, καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ.
συγκατατέτακται γὰρ, καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον.
κόσμός τε γὰρ εἷς διὰ ἁπάντων, Θεὸς εἷς διὰ πάντων,
καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων
τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία. εἴγε καὶ τελειότης
μία τῶν ὁμογενῶν, καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου μετεχόντων ζώων.
Πᾶν τὸ ἔνυλον, ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐ- 10
σίᾳ· καὶ πᾶν αἴτιον, εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον τάχιστα
ἀναλαμβάνεται· καὶ παντὸς μνήμη τάχιστα ἐγκαταχών-
νυται τῷ αἰῶνι. Τῷ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πρᾶξις 11
κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ κατὰ λόγον. Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμε- 12
νος. Οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, 13
τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεστῶσι τὰ λογικὰ, πρὸς

μίαν

tanquam inſtrumento ab univerſi natura mihi dato ad hoc efficiendum utor: ſi non ſufficit, aut opus illi concedo, qui me melius id efficere poteſt, niſi aliter ad officium meum pertinuerit; vel quod poſſum facio, eo adſcito qui mentis meae opera uſus id poſſit, quod ad ſocietatem humanam eſt hoc ipſo tempore tempeſtivum ac utile. quicquid enim, vel per me, vel cum alio fecero, ad id duntaxat tendere fas eſt, quod eſt ſocietati utile et congruum.
6 Quam multi qui celebres admodum olim exſtitere, oblivioni nunc ſunt traditi? quam multi etiam eorum, qui iſtos celebraverant, jam olim penitus abo-
7 liti ſunt? Auxilii ne te pudeat. hoc eſt enim tibi propoſitum, ut quod eſt muneris tui facias, quomodo militi in dimicatione murali. quid ergo, ſi ad propugnaculum aſcendere ſolus, quia claudus es, ne-
8 queas, ab altero vero adjutus poſſis? De futuris ſolicitus ne ſis. accedes enim ad ea, ſi ita neceſſe fuerit, ratione inſtructus eadem, qua nunc ad praeſen-
9 tia uteris. Omnia ſunt ſibi invicem implexa, et vincula quodam ſacro ſibi invicem ſic devincta, ut nihil alterum ab altero ſit alienum. coordinantur enim ſimul, eundemque mundum cohoneſtant. etenim et mundus unus, et Deus unus eſt in omnibus, et † materia una, et lex una; ratio nempe animantium intelligentium omnium communis, et veritas una. ſiquidem et perfectio una animantium ſibi invicem congenerum, ejuſdemque rationis participum.
10 Materiale omne, in univerſi ſubſtantiam quam celerrime evaneſcit: * cauſſale omne, in univerſi rationem non minus cito reſorbetur; memoria denique rei cujuſque pari celeritate in aevo quaſi defoſſa ſe-
11 pelitur. Animali ratione praedito eadem actio eſt,
12 et ſecundum naturam, et ſecundum rationem. Aut
13 rectus, aut erectus *ſis*. Quomodo ſe habent in continuis corporis membra, eodem ſe habent in diſſitis

quae ratione ſunt praedita, cum ad mutuas rei eidem conficiendae operas conferendas nata *ſint utraque*. conſideratio haec animum tuum magis attinget, ſi te frequenter ſic allocutus fueris, membrum ſum ego compagis iſtius quae ex ratione praeditis componitur. ſin partem duntaxat eſſe te dixeris, homines ex animo nondum diligis: hoc ipſum benefacere per ſe nondum oblectat te: adhuc tanquam quod fieri deceat tantum facis, nondum perinde ac ſi tibi ipſi benefacias. Quicquid voluerit, eis extrinſecus accidat, quae ca- 14
ſibus iſtiuſmodi affici poſſunt. ipſa enim, quae affecta ſunt, conquerantur, ſi velint. ipſe niſi malum cenſuero id quod contingit, nondum ſum laeſus. in me autem ſitum eſt, nihil tale opinari. Quicquid vel 15
fecerit vel dixerit quiſquam, probum eſſe me oportet. haud aliter, quam ſi aurum aut ſmaragdus aut purpura ita jugiter diceret, quicquid fecerit dixeritve quiſquam, ſmaragdum eſſe me oportet, nitoremque meum retinere. Mens an non ipſa perturbat 16
ſe? verbi gratia, an non ipſa in formidinem, in moeſtitiam impellit ſe? an non ſe ipſa cupiditate incendit? alius quis ſi terrefacere eam aut contriſtare poſſit, faciat. in ipſius voluntate ſitum eſt, ut ne ad motus iſtiuſmodi opinando ſe commoveat. corpuſculum ne quid patiatur, ſibi curae habeat, ſi poſſit; et quando patitur quicquam, conqueratur: animula vero, quae timet, quae dolet, quae ſuper his omnino aliquid opinatur, nihil horum patietur, niſi ſi ipſe in judicium iſtiuſmodi demiſeris. nullius rei alterius per ſe indiga eſt mens, niſi ipſa ſibi indigentiam creaverit. eademque ratione et perturbatione et impedimento omni immunis, niſi ipſa ſe perturbaverit aut impediverit. Felicitas eſt bonus genius, ſive mens bona. 17
quid igitur facis hic, ô phantaſia? faceſſe hinc, per deos, uti acceſſiſti: nihil enim opus te habeo. more antiquo acceſſiſti. nec ſuccenſeo tibi tamen: faceſſe tantum.

μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ
τούτου νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις
λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος.
ἐὰν δὲ [1] διὰ τοῦ ῥῶ στοιχείου μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέ-
γῃς, οὔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τοὺς ἀνθρώπους· οὔπω
σε [2] καταληπτικῶς εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν· ἔτι ὡς
πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς· οὔπω ὡς αὐτὸν εὖ ποιῶν.
14 Ὁ θέλει, ἔξωθεν προσπιπτέτω [3] τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προ-
σπτώσεως ταύτης δυναμένοις. ἐκεῖνα γὰρ, ἐὰν θελή-
σῃ, μέμψεται τὰ παθόντα· ἐγὼ δὲ, ἐὰν μὴ ὑπολάβω
ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκὸς, οὔπω βέβλαμμαι. ἔξεστι δέ
15 μοι μὴ ὑπολαβεῖν. Ὅ, τι ἂν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ
δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ σμάραγδος,
ἢ ἡ πορφύρα τοῦτο ἀεὶ ἔλεγεν, [4] ὅ, τις ἂν ποιῇ ἢ λέ-
γῃ, ἐμὲ δεῖ σμάραγδον εἶναι, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ χρῶμα
16 ἔχειν. [5] Τὸ ἡγεμονικὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνοχλεῖ.
οἷον, λέγω, οὐ φοβεῖ ἑαυτὸ εἰς ἐπιθυμίαν. εἰ δέ τις
ἄλλος αὐτὸ φοβῆσαι ἢ λυπῆσαι δύναται, ποιείτω. αὐ-
τὸ γὰρ ἑαυτὸ ὑποληπτικῶς οὐ τρέψει εἰς τοιαύτας τρο-
πάς. τὸ σωμάτιον μὴ πάθῃ τι, αὐτὸ μεριμνάτω, εἰ
δύναται, καὶ λεγέτω, εἴ τι πάσχει· τὸ δὲ ψυχάριον, τὸ
φοβούμενον, τὸ λυπούμενον, τὸ περὶ τούτων ὅλως ὑπο-
λαμβάνον, οὐδὲν μὴ πάθῃ· [6] οὐ γὰρ ἕξεις αὐτὸ εἰς κρίσιν
τοιαύτην. ἀπροσδεές ἐστιν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ ἡγεμονι-
κὸν, ἐὰν μὴ ἑαυτῷ ἔνδειαν ποιῇ· κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ
ἀτάραχον, καὶ ἀνεμπόδιστον, ἐὰν μὴ ἑαυτὸ ταράσσῃ καὶ
17 ἐμποδίζῃ. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς, ἢ [7] ἀ-
γαθόν. τί οὖν ὧδε ποιεῖς, ὦ φαντασία; ἀπέρχου, [8] τοὺς
θεούς σοι, ὡς ἦλθες· οὐ γὰρ χρήζω σου. ἐλήλυθας δὲ κα-
τὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος. οὐκ ὀργίζομαί σοι· μόνον ἄπιθι.

Φοβεῖ-

φοβεῖταί τις μεταβολήν; τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβο- 18
λῆς γενέσθαι; τί δαὶ φίλτερον ἢ οἰκειότερον τῇ τοῦ
ὅλων φύσει; σὺ δὲ αὐτὸς λούσασθαι δύνασαι, ἐὰν μὴ
τὰ ξύλα μεταβάλῃ; τραφῆναι δὲ δύνασαι, ἐὰν μὴ
τὰ ἐδώδιμα μεταβάλῃ; ἄλλο δὲ τί τοῦ χρησίμων
δύναται συντελεσθῆναι χωρὶς μεταβολῆς; οὐχ ὁρᾷς οὖν,
ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σὲ μεταβαλεῖν ὅμοιόν ἐστι καὶ ὁμοίως ἀ-
ναγκαῖον τῇ τοῦ ὅλων φύσει; Διὰ τῆς τοῦ ὅλων 19
οὐσίας, ὡς διὰ χειμάρρου διεκπορεύεται πάντα τὰ σώ-
ματα, τῷ ὅλῳ συμφυῆ καὶ συνεργά, ὡς τὰ ἡμέτερα μέ-
ρη ἀλλήλοις. πόσους ἤδη ὁ αἰὼν Χρυσίππους, πόσους
Σωκράτεις, πόσους Ἐπικτήτους καταπέπωκεν; τὸ δ' αὐ-
τὸ καὶ ἐπὶ παντὸς ὑτινοσοῦν σοι ἀνθρώπου τε καὶ πρά-
γματος προσιπλέτω. Ἐμὲ ἓν μόνον περιαπᾷ, μή- 20
τι αὐτὸς ποιήσω, ὃ ἡ κατασκαὶ τοῦ ἀνθρώπου οὐ θέλει,
ἢ ὡς οὐ θέλει, ἢ ὃ νῦν οὐ θέλει. Ἐγγὺς μὲν ἡ σὴ με- 21
ρὶ πάντων λήθη. ἐγγὺς δὲ ἡ πάντων περί σε λήθη.
Ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πλανῶντας. τοῦτο δὲ γί- 22
νεται, ἐὰν συμπροσπίπτῃ σοι, ὅτι καὶ συγγενεῖς, καὶ δι' ἄγ-
νοιαν, καὶ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι, καὶ ὡς μετ' ὀλίγον ἀμ-
φότεροι τεθνήξεσθε, καὶ περὶ πάντων, ὅτι οὐκ ἔβλαψέ σε.
οὐ γὰρ τὸ ἡγεμονικόν σου χεῖρον ἐποίησεν, ἢ περὶ ὃν ἦν.
Ἡ τοῦ ὅλων φύσις, ἐκ τῆς ὅλης οὐσίας, ὡς κηροῦ, νῦν 23
μὲν ἵππάριον ἔπλασε· συνέχεάσα δὲ τοῦτο, εἰς δένδρου
φύσιν συνεχρήσατο τῇ ὕλῃ αὐτοῦ· εἶτα εἰς ἀνθρωπάρι-
ον, εἶτα εἰς ἄλλό τι· ἕκαστον δὲ τούτων πρὸς ὀλίγιστον
ὑπέστη. δεινὸν δὲ οὐδὲν τὸ διαλυθῆναι τῷ κιβωτίῳ· ὥ-
σπερ οὐδὲ τὸ συμπαγῆναι. [1] Τὸ ἐπίκολον τοῦ περι- 24
σώπου λίαν παρὰ φύσιν, ὅταν πολλάκις ἐναποθήσκειν ᾖ πρόχημα, ἢ τὸ τελαταῖον ἀπισθέωθη, ὥστε

ὅλως

18 tantum. Cur mutationem quis metuat? ecquid enim fieri poteſt abſque mutatione? ecquid autem aut gratius aut familiarius univerſi naturae? ipſae num balneo uti poteris, ni ligna mutationem ſubeant? num nutriri, ni edulia itidem mutentur? nunquid aliud utile quicquam perfici, niſi interveniente mutatione? an non vides ſimile quiddam eſſe et mutationem tui, nec univerſi naturae minus neceſſarium?
19 Per mundi ſubſtantiam, tanquam per torrentem, corpora tranſeunt univerſa, ipſa univerſo, prout membra ſibi invicem noſtra, coalita et eidem coöperantia. quot Chryſippos, quot Socrates, quot Epictetos jam dudum abſorpſit aevum iſtud? idem tibi de quovis tum homi-
20 ne, tum re ſuccurrat. Hoc unum me ſolicitum habet, nequid ipſe faciam, quod hominis conditio vel
21 minus velit, vel ſecus velit, vel nunc nolit. Inſtat tempus, quo tu omnium oblitus eris; inſtat, et
22 quo omnes tui. Hominis eſt, etiam eos qui offendunt, diligere. hoc fiet, ſi una ſuccurrat tibi, tum eſſe tibi cognatos, tum inſcios invitoſque peccare: adhaec, paulo poſt utroſque veſtrum morti conceſſuros; prae omnibus denique, nihil eos te laeſiſſe. neque enim mentem tuam deteriorem facere poſſunt,
23 quam prius fuerat. Univerſi natura ex communi rerum omnium materia, tanquam è cera, nunc equuleum effingit; quem mox denuo diffingit, ejuſdemque materia ad arborem producendam abutitur; tum ad homuncionem, dein ad aliud quidpiam. horum autem quodlibet ad breve temporis ſpatium ſubſiſtit. iſtis autem, ſicut arcae, diſſolvi nihilo magis
24 moleſtum eſt, quam compingi primo fuerat. Torvitas vultus eſt valde praeter naturam. ubi ei ſaepius aſſueverit quis, immori ſolet; vultuſque decor ita inde exſtinguitur, ut denuo reaccendi omnino nequeat.

queat. ex hoc ipſo autem intelligas licet eſſe praeter rationem. ſiquidem enim *ita vultum quis obfirmaverit*, ut peccati ſenſus omnis aufugerit, quorſum homo ſic affectus vitam protrahat amplius? 25
Quaecunque vides univerſa mox eſt mutatura univerſi rectrix natura, aliaque ex eorum materia effectura, et ex horum rurſus alia, ut mundus perpetim renovetur. Cum adverſus te quicquid 26
peccaverit quis, conſidera ſtatim, quid bonum malumve eſſe ratus id egerit. hoc enim perſpecto, miſereberis illius, nec aut miraberis, aut ſuccenſebis. forſan enim vel idem illud, quod ille, vel aliud quidpiam ejuſmodi, ipſe bonum eſſe opinaris. *hoc ſi fuerit*, et illi te ignoſcere oportet. ſin ejuſmodi nec bona nec mala cenſueris, ex errore animi delinquentem aequanimiter feras. Non tam quae 27
deſunt tibi, quam quae adſunt, cogita. ex his autem ſelige quae gratiſſima ſunt tibi, quo reputes tecum quanto cum ſtudio ea, ni jam adeſſent, tibi requireres. cave tamen interim, ne dum iſtis lubenter acquieſcis, eo in pretio habere aſſueſcas te, ut ſiquando deeſſe contigerit, turberis. In temet con- 28
volutus eſto. mens etenim rationalis ita eſt natura comparata, ut ſibi ſufficiat ipſa juſta agens, et hoc ipſo nacta ſibi tranquillitatem. Imaginationes ab- 29
ſterge. affectuum motus compeſce. tempus praeſens circumſcribe. dignoſce, quicquid vel tibi vel alii cuiquam contingit. rem ſubjectam quamque divide et partire in formam et materiam. horam noviſſimam cogita. quod alteri peccatum eſt, ibi, ubi exſtitit, relinque. Eis quae dicuntur, animum ſimul in- 30
tende: in ea quae fiunt faciuntve, mente altius deſcende. Exorna te ſimplicitate, modeſtia, af- 31
fectu adverſus res medias indifferenti. genus humanum

ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι· αὐτῷ γε τούτῳ παρακολουθεῖν πειρῶ, ὅτι παρὰ τὸν λόγον. [1] εἰ γὰρ καὶ ἡ συναίσθησις τῆς ἁμαρτάνειν οἰχήσεται, τίς ἔτι τῆ ζωῆ αἰ-
25 τία; Πάντα ὅσα ὁρᾷς, ὅσον οὔπω μεταβαλεῖ ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα φύσις, καὶ ἄλλα ἐκ τῆς οὐσίας, αὐτῶν ποιήσει καὶ πάλιν ἄλλα ἐκ τῆς ἐκείνων οὐσίας, ἵνα ἀεὶ
26 νεαρὸς ᾖ ὁ κόσμος. Οταν τις ἁμάρτῃ τι εἰς σέ, ἀθὺς ἐνθυμοῦ τί ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπολαβὼν ἥμαρτε. τοῦτο γὰρ ἰδὼν, ἐλεήσεις αὐτὸν, καὶ οὔτε θαυμάσεις, οὔτε ὀργισθήσῃ. ἤτοι γὰρ καὶ αὐτὸς τὸ αὐτὸ ἐκείνῳ ἀγαθὸν ἔτι ὑπολαμβάνεις, ἢ ἄλλο ὁμοειδές. δεῖ οὖν συγγινώσκειν. εἰ δὲ μηκέτι ὑπολαμβάνεις τὰ τοιαῦτα ἀ-
27 γαθὰ καὶ κακὰ, ῥᾷον ἵλεως ἔσῃ τῷ παροροῦντι. Μὴ τὰ ἀπόντα ἐννοεῖν, ὡς ἤδη ὄντα· ἀλλὰ τῶν παρόντων τὰ δεξιώτατα ἐκλογίζεσθαι, καὶ τούτων χάριν ὑπομιμνήσκεσθαι, πῶς ἂν ἐπεζητεῖτο, εἰ μὴ παρῆν, ἅμα μὴ τοι φυλάσσειν, μὴ διὰ τοῦ ἔτους ἀσμενίζειν αὐτοῖς, ἐθίσης ἐκλιμᾶν αὐτὰ, ὥστε, ἐὰν ποτε μὴ πα-
28 ρῇ, ταραχθήσεσθαι. Εἰς αὐτὸν συνειλοῦ. φύσιν ἔχει τὸ λογικὸν, ἡγεμονικὸν, ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτο γαλήνην ἔχον-
29 τι. Ἐξάλειψον τὴν φαντασίαν. σῶσον τὴν ἀδροπασίαν. περίγραψον τὸ ἐνεστὼς τοῦ χρόνου. γνώρισον τὸ συμβαῖνον, ἢ σοι, ἢ ἄλλῳ. δίελε καὶ μέρισον τὸ ὑποκείμενον, εἰς τὸ αἰτιῶδες καὶ ὑλικόν. ἐννόησον τὴν ἐσχάτην ὥραν. τὸ ἐκείνῳ ἁμαρτηθὲν, ἐκεῖ
30 καταλίπε, ὅπου ἡ ἁμαρτία ὑπέστη Συμπαρεκτείνειν τὴν νόησιν τοῖς λεγομένοις. εἰσδύεσθαι τὸν
31 νοῦν εἰς τὰ γινόμενα καὶ ποιοῦντα. Φαίδρυνον σεαυτὸν ἁπλότητι καὶ αἰδοῖ καὶ τῇ πρὸς τὸ ἀνὰ μέσον ἀρε-

τῆς καὶ κακίας, ἀδιαφορίᾳ. φίλησον τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἀκολούθησον θεῷ·

— ἐκεῖνος μέν φησιν, [1] ὅτι πάντα νομιστί.

[2] ἔτι εἰ δαίμονα τὰ στοιχεῖα· ἀρκεῖ δὲ μεμνῆσθαι, ὅτι τὰ πάντα νομιστὶ ἔχει, [3] ἢ δηλίαν ὀλίγα. Περὶ 32
θάνατου· [4] εἰ σκεδασμὸς, ἢ ἄτομοι, ἢ κένωσις, ἤτοι σβέσις, ἢ μετάστασις. Περὶ πόνου· τὸ μὲν ἀφόρη- 33
τον, ἐξάγει· τὸ δὲ χρονίζον, φορητόν· καὶ ἡ διάνοια τὴν ἑαυτῆς γαλήνην κατὰ [5] ἀπόληψιν διατηρεῖ, καὶ οὐ χεῖρον τὸ ἡγεμονικὸν γέγονεν. τὰ δὲ κακούμενα μέρη ὑπὸ τοῦ πόνου, εἴ τι δύναται, περὶ αὐτοῦ ἀποφηνάσθω. Περὶ δόξης· ἴδε τὰς διανοίας αὐτῶν, οἷαι, καὶ οἷα μὲν 34
φεύγουσαι, οἷα δὲ διώκουσαι. καὶ ὅτι [6] ὡς αἱ θῖνες ἀλλαὶ ἐπ' ἄλλα ἐπιφορούμεναι κρύπτουσι τὰ πρότερα· οὕτως ἐν τῷ βίῳ, τὰ πρότερα ὑπὸ τῶν ἐπενεκθέντων τάχιστα ἐκαλύφθη. Πλατωνικόν· [7] ᾧ οὖν ὑπάρχει διάνοια 35
μεγαλοπρεπὴς, καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, ἆρα οἴει τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; ἀδύνατον, ἦ δ' ὅς. οὐκοῦν καὶ θάνατον οὐ δεινόν τι ἡγήσεται ὁ τοιοῦτος. ἥκιστά γε. [8] Αντισθε- 36
νικόν. βασιλικὸν μὲν εὖ πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν. Αἰσχρόν ἐστι, τὸ μὲν πρόσωπον ὑπήκοον εἶναι, καὶ σχη- 37
ματίζεσθαι, καὶ κατακοσμεῖσθαι ὡς κελεύει ἡ διάνοια, αὐτὴν δ' ὑφ' ἑαυτῆς μὴ σχηματίζεσθαι καὶ κατακοσμεῖσθαι.

[9] Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρέων· 38
Μέλει γὰρ αὐτοῖς οὐδέν.
[10] Αθανάτοις τε θεοῖς καὶ ἡμῖν χάρματα δοίης. 39
[11] Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν, 40
Καὶ τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μή.

Εἰ

manum dilige. Deo obsequere.

— *Certa*, inquit ille, *decurrunt omnia lege.*

quid vero si elementa sola? meminisse suffecerit, lege certa pleraque ferri, aut paucis saltem duntaxat ex-
32 ceptis. Ad mortem quod attinet, sive fuerit dis-sipatio, sive in atomos redactio, sive exinanitio; vel
33 *est* exstinctio vel translatio. De dolore *sic habeas.* si ferri non potest, interimit: si diutius duraverit, ferri potest. mens interim opinionis ope tranquillitatem servat suam; nec deterior quicquam *inde* fit pars animi princeps. corporis vero membra, quae dolore sunt
34 afflicta, ipsa, si quid possunt, de eo statuant. Quod ad gloriam, animos eorum *à quibus, ea expetitur*, considera, et qualia tum fugiant, tum et sectentur. *illud item dispice*, sicut arenarum cumuli, alii aliis superingesti, priora abscondunt; perinde in vita contingere, ut antegressa à succedentibus quam celerrime absconden-
35 dantur. Platonis dictum. cui igitur animus sublimis fuerit, quique et tempus omne, et substantiam omnem contempletur; nunquid huic magnum quiddam putas posse videri hominis vitam? fieri, inquit, non potest. neque mortem igitur grave quid reputa-
36 bit. minime vero. Antisthenis illud. male audire,
37 cum benefacias, regium est. Indignum est, vultum animo obsequentem, pro ejus imperio conformare et componere semet; ipsum autem animum ad sui ipsius arbitrium non conformari et componi.

38 *Nam neutiquam hominem rebus irasci decet:*
Nil quippe curant ipsae.
39 *Diis leto exemptis ac nobis gaudia dones.*
40 *Spicas velut frugiferas, sic vitam meti:*
Ut hic sit, ille non sit.

Si me meoſque liberos Dii negligant, 41
Hujus etiam conſtat ratio.
Æquum bonumque a me eſt. 42

Lamentantibus ne collamenteris, neve commovearis. 43
Platonis iſta. ego huic reſponſum hoc, juſtumque il- 44
lud, referrem. parum recte cenſes, mi homo, ſi ho-
minem, qui vel ullius ſit uſus, exiſtimas mortis vitae-
que diſcrimen in numero aliquo habiturum; nec
hoc duntaxat conſideraturum, id quod agit, juſtum
an injuſtum, hominiſque probi an improbi ſit. *E-* 45
juſdem. Sic enim ſe revera habet, viri Athenienſes;
quocunque loco ſemet collocaverit quis, ſtatum eum
ſibi optimum ducens, aut à principe fuerit collocatus,
eum hunc tueri (uti mihi videtur) oportet, etiamſi
cum diſcrimine conjunctum id ſit, nec ullius rei cu-
juſquam, ne mortis quidem, prae eo quod eſt turpe,
rationem habere. *Ejuſdem.* Verum, ô bone vir, 46
illud videris, an non aliud quid generoſum eſſe bo-
numque exiſtat, quam ſervare et ſervari. neque e-
nim hoc eſt, quod, vir vere qui ſit, tantopere expe-
tere debeat, ut temporis tantundem vivat; neque vi-
tae oportet avidum eſſe; ſed iſtis Deo permiſſis, et
mulierculis etiam fide habita, fieri non poſſe ut fa-
tum quiſquam quoquo modo effugiat; hoc deinceps
ei perpendendum, quomodo tempus hoc, quo victu-
rus ſit, quam optime exigat. Aſtrorum curſus con- 47
templare, tanquam una cum illis circumactus. ele-
mentorum etiam mutationes mutuas animo jugiter re-
volve. iſtiuſmodi enim cogitationes vitae hujus ter-
reſtris ſordes expurgant. Praeclarum eſt et Plato- 48
nis illud. quin et de hominibus ſermonem inſtituen-
tem, contemplari oportet, quaſi de ſpecula quadam
deſuper, terreſtria quoque iſta, per coetus, exercitus, agriculturas, nuptias, inducias, ortus, mortes,
fori

41 [1] Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παῖδ' ἐμὼ,
Εχει λόγον καὶ τοῦτο.
42 [2] Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον.

43 Μὴ συνεπιθρηνεῖν, μὴ σφύζειν. Πλατωνικά. [3] ἐγὼ
44 δὲ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείποιμι· ὅτι οὐ καλῶς
λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι
τοῦ ζῆν, ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅτου τι καὶ σμικρὸν ὄφελος·
ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν ὅταν πράττῃ, πότερον
δίκαια ἢ ἄδικα πράττει, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα ἢ
45 κακοῦ. [4] Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, τῇ ἀ-
ληθείᾳ, οὗ ἄν τις αὐτὸν τάξῃ ἡγησάμενος βέλτιστον εἶ-
ναι, ἢ ὑπ' ἄρχοντος ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δο-
κεῖ, μένοντα κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μήτε
46 θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ. [5] Αλλ',
ὦ μακάριε, ὅρα μὴ ἄλλό τι τὸ γενναῖον, καὶ τὸ ἀγα-
θὸν, ἢ τὸ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τοῦτο μὲν, τὸ
ζῆν ὁποσονδὴ χρόνον, τόν γε ὡς ἀληθῶς ἄνδρα, [6] ἑ-
ατέον ἐστὶ, καὶ οὐ φιλοψυχητέον, ἀλλ' ἐπιτρέψαντα περὶ
τούτων τῷ θεῷ, καὶ [7] πιστεύσαντα ταῖς γυναιξὶν, ὅτι
τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι, τὸ ἐπὶ τούτῳ σκεπ-
τέον, τίνα ἂν τρόπον, τοῦτον, ὃν μέλλει χρόνον βιῶναι,
47 ὡς ἄριστα βιώῃ. Περισκοπεῖν ἄστρων δρόμους, ὥ-
σπερ [8] συμπεριθέοντα· καὶ τὰς τῶν στοιχείων εἰς ἄλ-
ληλα μεταβολὰς συνεχῶς ἐννοεῖν. ἀποκαθαίρουσι γὰρ
48 αἱ τούτων φαντασίαι τὸν ῥύπον τοῦ χαμαὶ βίου. Κα-
λὸν τὸ τοῦ Πλάτωνος. [9] καὶ δὴ περὶ ἀνθρώπων τοὺς λό-
γους ποιούμενον, ἐπισκοπεῖν δεῖ καὶ τὰ ἐπίγεια, ὥσπερ
ποθὲν ἄνωθεν, κατὰ ἀγέλας, στρατεύματα, γεώργια,
γάμους, διαλύσεις, γενέσεις, θανάτους, δικαστηρίων θό-
ρυβον,

ρυβον, ἐρήμυς χώρας, βαρβάρων ἔθνη ποικίλα, ἑορ-
τὰς, θρήνυς, ἀγορὰς, τὸ παμμιγὲς, καὶ τὸ ἐκ τῶν
ἐναντίων συγκοσμούμενον. Τὰ προγεγονότα ἀναθε- 49
ωρεῖν· τὰς τοσαύτας τῶν ἡγεμονιῶν μεταβολάς. ἔξ-
εστι καὶ τὰ ἐσόμενα προεφορᾶν. ὁμοειδῆ γὰρ πάντως ἔ-
σται, καὶ οὐχ οἷόν τε ἐκβῆναι τοῦ ῥυθμοῦ τῶν νῦν γινομέ-
νων· ὅθεν καὶ ἴσον, τὸ τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἱστορῆσαι
τὸν ἀνθρώπινον βίον, τῷ ἐπὶ ἔτη μύρια. τί γὰρ πλέον
ὄψει; [1] Καὶ τὰ ἐκ γῆς μὲν φύντα, εἰς γαῖαν· τὰ 50
δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γένη, εἰς αἰθέριον πάλιν ἦλθε
πόλον. ἢ τοῦτο διάλυσις τῶν ἐν ταῖς ἀτόμοις ἀντεμ-
πλοκῶν, [2] καὶ τοιοῦτός τις σκορπισμὸς τῶν ἀπαθῶν στοι-
χείων.

[3] [Καὶ] σίτοισι καὶ πότοις, καὶ μαγγανεύμασι 51
Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.
[4] Θεόθεν δὲ πνέοντ' οὖρον
Ανάγκη τλῆναι καμάτοις [5] ἀνοδύρτοις.

[6] Καββαλιώτερος ἀλλ' οὐχὶ [7] κοινωνικότερος, οὐδὲ 52
αἰδημονέστερος, οὐδ' εὐτακτότερος ἐπὶ τοῖς συμβαίνου-
σιν, οὐδὲ εὐμενέστερος πρὸς τὰ τῶν πλησίον παροράμ-
ματα. Οπου ἔργον ἐπιτελεῖσθαι δύναται κατὰ τὸν 53
κοινὸν θεοῖς καὶ ἀνθρώποις λόγον, ἐκεῖ οὐδὲν δεινόν·
ὅπου γὰρ ὠφελείας τυχεῖν ἔξεστι διὰ τῆς εὐοδούσης,
καὶ κατὰ τὴν κατασκευὴν προϊούσης ἐνεργείας, ἐκεῖ
οὐδεμίαν βλάβην ὑφορατέον. Πανταχοῦ καὶ διη- 54
νεκῶς ἐπί σοί ἐστι, καὶ τῇ παρούσῃ συμβάσει θεοσεβῶς
εὐαρεστεῖν, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀνθρώποις κατὰ δικαιοσύ-
νην προσφέρεσθαι, καὶ τῇ [8] οὔσῃ φαντασίᾳ ἐμφιλοτεχνεῖν,
ἵνα μήτι ἀκατάληπτον παρεισρυῇ. Μὴ περιβλέπου 55
ἄλλο-

fori tumultus, loca deſerta, barbarorum gentes varias, feſta, funera, nundinas, miſcelam omnigenam, *mundumque* ex rebus contrariis conflatum et inſtruc-
49 tum. Praeterita recole, totque imperiorum mutationes. inde licet et futura proſpicere. ejuſdem enim generis omnino futura ſunt; nec poſſunt eorum quae nunc fiunt modulum tranſgredi. proinde par eſt, per annos quadraginta vitam perluſtrare humanam, atque per annorum decem millia. quid enim amplius ſis viſurus?

50 *Retroque meant, quae terra dedit*
Iterum ad terram; ac quod ab aetherio
Venerat ortu. coeleſte poli
Repetit templum.———

aut hoc eſt atomorum invicem implexorum diſſolutio, aut elementorum ſenſus expertium diſperſio.

51 *Potu, ciboque atque id genus cupediis*
Curſum moramur, cita mors ne nos obruat.
Divinitus at ſpirantem auram
Pati neceſſe eſt cum labore et lacrymis.

52 Eſt quiſquam te luctae peritior. at *vide* ne liberalior, *ſit* ne modeſtior, ne ad caſus quoſvis obſequentior,
53 ne adverſus aliorum errata placidior. Ubicunque effici poterit opus ullum ſecundum rationem eam, quae mortalibus eſt cum Diis ipſis communis, nihil ibi poteſt eſſe grave. ubi enim fructum conſequi licet actionis proſpere fluentis, et juxta conditionis propriae naturam progredientis, nulla ibi ſupereſt damni
54 ſuſpicio. Omni loco omnique tempore, in te ſitum eſt, et in caſu praeſenti pie acquieſcere, et cum hominibus praeſentibus ſecundum jus faſque verſari, et viſa praeſentia perite explorare, nequid incom-
55 pertum clam ſubrepat. Nolito aliorum mentes circum-

circumſpicere, ſed eo recta intuere, quo natura te ducit; natura, *inquam* univerſi, in eis quae tibi contingunt, et tua etiam, in eis quae tibi ſunt agenda. illud autem eſt unicuique agendum, quod eſt conditioni ipſius conſentaneum. porro, condita ſunt, reliqua quidem rationalium gratia, quemadmodum et in re omnia alia, deteriora praeſtantiorum; rationalia vero ſui invicem. itaque in hominis natura primum ac praecipuum eſt ſocietatem colere; ſecundum, corporis affectionibus neutiquam ſuccumbere. eſt enim hoc motus rationalis et intellectualis proprium, circumſcribere ſemet, et nec ſenſus nec affectus motibus unquam ſuperari: animalis enim uterque eſt. vis autem intellectualis principatum ſibi vendicat, nec ab eis in ordinem redigi patitur. jure quidem. etenim *intellectus* natus eſt eis omnibus uti. tertium in natura rationali eſt, lapſu et errore immunem eſſe. his igitur adhaerens mens recta procedat, habetque quicquid ſuum eſt. Tanquam 56
vita jam functus, ejuſdemque munere defunctus plane, quod reliquum eſt tanquam ex abundanti, naturae convenienter fac vivas. Id ſolum diligas, 57
quod obvenit, et à fato deſtinatum eſt tibi. ecquid enim magis eſt congruum? In omni caſu eos 58
ob oculos habeas, quibus eadem cum contigiſſent aegre tulerunt, pro inſueto habuerunt, quiritati ſunt. at ubi tandem jam illi? nuſquam plane. cur tu igitur horum ſimilis eſſe velis? aut cur non potius motus alienos eis relinquas, qui his alios afficiunt et afficiuntur ipſi; ipſe totus in hoc intentus, quo modo caſibus iſtiuſmodi utare? etenim recte uti poteris; *virtuti*ſque materiam tibi ſuppeditabunt. tu tantum attende tibi, atque in omni actione tua bonum praeſtare te velis. denique in utroque horum memineris, medium quiddam eſſe illud, circa quod actio verſatur. Introſpice te. intus eſt boni fons, qui 59
perren-

ἀλλότρια ἡγεμονικά, ἀλλ' ἐκεῖ βλέπε κατ' ἀθύ, ἐπὶ τί σε ἡ φύσις ὁδηγεῖ, ἥτε τῦ ὅλυ διὰ τῆς συμβαινόντων σοι, καὶ ἡ σὴ, διὰ τῆς πρακτέων ὑπό συ. πρακτέον δὲ ἑκάστῳ τὸ ἐξῆς τῇ καταστάσῃ· κατεσκάσας δὲ τὰ μὲν λοιπὰ τῆς λογικῶν ἕνεκεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ παντὸς ἄλλυ, τὰ χείρω τῆς κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν. τὸ μὲν οὖν προηγύμενον ἐν τῇ τῦ ἀνθρώπυ κατασκάσῃ, τὸ κοινωνικόν ἐστι· δάτερον δὲ, τὸ ἀνένδοτον πρὸς τὰς σωματικὰς πείσεις. λογικῆς γὰρ καὶ νοερᾶς κινήσεως ἴδιον περιορίζειν ἑαυτὴν, καὶ μήποτε ἡττᾶσθαι μήτε ἀρθητικῆς μήτε ὁρμητικῆς κινήσεως· ζωώδεις γὰρ ἑκάτεραι. ἡ δὲ νοερὰ ἐθέλει προλισθεῖν, καὶ μὴ κατακρατεῖσθαι ὑπ' ἐκείνων. δικαίως γε. πέφυκε γὰρ χρησικὴ πᾶσιν ἐκείνοις. τρίτον ἐν τῇ λογικῇ κατασκάσῃ τὸ ἀπρόπλωτον καὶ ἀνεξαπάτητον. τύτων οὖν ἐχόμενον τὸ ἡγεμονικὸν 56 ἀθέα περαινέτω, καὶ ἔχει τὰ ἑαυτῦ. [1] Ὡς ἀποθνητόν σε δεῖ καὶ μέχρι νῦν βεβιωκότα, τὸ λοιπὸν ἐκ τῦ 57 περιόντος, ζῆσαι κατὰ τὴν φύσιν. Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ συγκλωθόμενον. τί γὰρ ἁρμοδιώ- 58 τερον; Ἐφ' ἑκάστυ συμβάματος ἐκείνυς πρὸ ὀμμάτων ἔχειν, οἷς τὰ αὐτὰ συνέβαινεν, ἔπειτα ἤχθοντο, ἐξενίζοντο, ἐμέμφοντο· νῦν οὖν ἐκεῖνοι πῦ; ὐδαμῦ· τί οὖν καὶ σὺ θέλεις ὁμοίως; ὐχὶ δὲ τὰς μὲν ἀλλοτρίας τροπὰς καταλιπεῖν τοῖς τρέπυσι καὶ τρεπομένοις; αὐτὸς δὲ περὶ τὸ πῶς χρῆσθαι αὐτοῖς ὅλος γίνεσθω; χρήσῃ γὰρ καλῶς· καὶ ὕλη [2] συ ἔσῃ· μόνον [3] πρόσεχε, καὶ θέλε σεαυτῷ καλὸς εἶναι ἐπὶ παντὸς ὃ πράσσεις· [4] καὶ μέμνησο ἀμφοτέρων ὅτι καὶ διά- 59 φορον ἐφ' ὃ ἡ πρᾶξις. [5] Ἔνδον βλέπε, ἔνδον ἡ πηγὴ τῦ ἀγαθῦ, καὶ ἀεὶ ἀναβλύειν δυναμένη, ἐὰν σὺ σκάπτῃς.

Δεῖ καὶ τὸ σῶμα πεπηγῶαι, καὶ μὴ διερρίφθαι, μήτε 60
ἐν κινήσει, μήτε ἐν χέσει. οἷον γὰ τι ἐπὶ τῆ πρόσωπα πα-
ρέχει ἡ διάνοια [1] ξυνεῖὸν αὐτὸ καὶ εὔχημον ξυνηρῆσα,
τοιῆτο καὶ ἐπὶ ὅλη τῆ ξώματος ἀπαιτητέον. πάντα δὲ
ταῦτα ξὺν τῷ ἀνεπιπλήκτῳ φυλακτέα. Ἡ βιωτικὴ τῆ 61
παλαιστικῆ ὁμοιοτέρα ἢπερ τῆ ὀρχηστικῆ, καλὰ τὸ πρὸς
τὰ ἐμπίπτοντα καὶ ὑ πρόσεγνωσμένα, ἕτοιμος καὶ ἁπλῶς
ἑσάναι. Συνεχῶς ἐφισάναι, τίνες εἰσὶν ἅτοι ὑφ' ὧν 62
μαστιρεῖσθαι θέλεις, καὶ τίνα ἡγεμονικὰ ἔχουσιν. ἅτε
γὰ μέμφη τοῖς ἀκουσίως πλημμοῦσιν, ἅτε ἐπιμαστιρήσεως
δέησι, [2] εἰ βλέπων εἰς τὰς πηγὰς τῆς ὑπολήψεως καὶ
ὁρμῆς αὐτῶν. Πᾶσα ψυχὴ ἄκουσα, [3] φησὶν, στέρε- 63
ἀληθείας· ἅτως ἂν καὶ δικαιοσύνης καὶ ξωφροσύνης, καὶ
ἁπλῶς τῆ τοιούτου. ἀναγκαιότατον δὲ τὸ
διηνεκῶς τοῦτο μεμνῆσθαι. ἔσῃ γὰ πρὸς πάντας πρᾳ-
ότερος. Ἐπὶ μὲν πάντος πόνου, πρόχειρον ἔσω, 64
ὅτι οὐκ αἰσχρὸν, οὐδὲ τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνῶσαν χεί-
ρω ποιεῖ· ἅτε γὰ καθὸ [4] ὑλική ἐσιν, ἅτε καθὸ κοινω-
νική, διαφθείρει αὐτήν· ἐπὶ μοῦ τοι τῆ πλείσων πό-
νων, [5] καὶ τὸ τῆ Ἐπικούρου ξοι βοηθοίτω, ὅτι ἅτε ἀφόρη-
τον, ἅτε αἰώνιον, ἐὰν τῆ ὄρων μνημονεύῃς, καὶ μὴ
προσδοξάζῃς· καὶκεῖνο δὲ μέμνησο, ὅτι [6] πολλὰ πό-
νῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει δυσχεραίνόμενα, οἷον τὸ
νυστάζειν, καὶ τὸ καυματίζεσθαι, καὶ τὸ ἀνορεκτεῖν· ὅταν
ἂν τινι τούτων δυσαρεσῆς, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδί-
δως. Ορα μήποτε τοιῆτον πάθῃς πρὸς τὰς ἀ- 65
πανθρώπους, οἷον οἱ [7] ἄνθρωποι πρὸς τὰς ἀνθρώπους.
Πόθεν ἴσμεν, εἰ [8] τηλαύγης Σωκράτης, καὶ διάθεσιν 66
χρείσσων ἦν· ἱ γὰ ἀρκεῖ, εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀ-
πέθανεν, καὶ ἐνπρεπέστερον τοῖς Σοφισαῖς διελέγετο, καὶ

καρτε-

60 perrenniter ſcatebit, ſi jugiter foderis. Corpus etiam fixum eſſe oportet, ut nec motu, nec geſtu, temere jactetur. quale enim in vultu ſpecimen ſui exhibet mens, dum ſcite eum atque decenter componit; tale quiddam et in toto corpore exigitur. cae-
61 terum iſta citra affectationem ſunt obſervanda. Ars vivendi eſt luctatoriae quam ſaltatoriae ſimilior: *cum in hoc ſit poſita*, ut adverſus contingentia improviſa in procinctu ſemper quis ac immotus conſiſtat.
62 Crebro tecum perpende, qualeſnam ſint à quibus probari et praedicari velis, qualique ſint mente praediti. ita neque aut incuſabis eos, ubi impingunt inviti, nec approbationem eorum expetes, ſi opinionis affectuum-
63 que fontes quos habeant, perſpexeris. *Omnis anima*, inquit ille, *veritate privatur invita*: quin et juſtitia pariter, et temperantia, et aequanimitate, et hujuſmodi quavis virtute. hoc jugiter meminiſſe cum primis
64 neceſſarium eſt. eris enim erga omnes mitior. In dolore omni hoc praeſto ſit, nec turpem eum eſſe, nec mentem gubernatricem facere deteriorem. neque enim eam, aut quatenus materiale quiddam, aut quatenus ſocietatis eſt ſtudioſa, corrumpit. in pleriſque vero horum Epicuri illud tibi adſit, nec intolerandum nec aeternum eſſe, ſi terminorum memor fueris, nec opinionem adjeceris. illud etiam memineris, multa taedio nos afficere, quae non advertimus eandem quam dolor rationem habere, verbi gratia, dormitare, *quando vigilare libet*, aeſtu affici, faſtidio laborare. quoties ergo horum aliquid aegre fers, dic tibi, dolori
65 ſuccumbere te. Cave erga inhumanos ſic affici-
66 aris, quomodo ipſi erga homines ſolent. Unde conſtat nobis Socratem clara fuiſſe reliquiſque praeſtantiore indole? neque enim hoc ſufficit, quod mortem glorioſiſſime oppetebat; aut quod cum ſophiſtis acutiſſime differebat; aut quod in frigore ſummo

patientiſſime ſub dio pernoctabat; aut quod Salaminium illum ſiſtere juſſus, reſiſtere generoſiſſime malebat; aut quod per compita faſtuoſe incedebat; quod tamen an verum fuerit merito dubitaveris. verum illud conſiderare oportet, quo modo affectam animam habuerit Socrates. utrum hoc contentus agere poterat, quod in rebus humanis juſtus, in divinis pius exiſteret, nec malitiae cujuſquam fruſtra indignatus, nec cujuſquam inſcitiae aſſentatus, nec ab univerſo aſſignatum quicquam, aut tanquam peregrinum quid excipiens, aut tanquam intolerandum ſuſtinens, nec carunculae affectionibus mentem paſſus coaffici. Non 67
ita commiſit natura compagem tui, ut tibi nequeas terminos figere, et quae tui ſunt muneris per te exſequi. omnino enim fieri poteſt, ut divinus homo quis ſit, et ignotus tamen cunctis degat. hoc ſemper memineris; ſed et illud, pauciſſimis ad beate vivendum opus eſſe. quodque etiamſi deſperes dialecticae aut naturalis ſcientiae peritiam, nihil eſſe tamen quod animum deſpondeas, quaſi liber et modeſtus fieri nequeas, et communitatis cultor, et obſequens Deo. Vi omni im- 68
munem, in ſumma animi hilaritate, vitam tranſigere licet, etiamſi quae libuerit adverſus te vociferentur homines univerſi, etiamſi maſſae iſtius corporeae coalitae et circumdatae tibi membra ferae diſcerpant. quid enim obſtat quo minus inter haec omnia mens tranquillam ſe ſervet, de rebus circumſtantibus verè judicet, objectiſque commode utatur? ut judicium occurrenti ac irruenti rei cuivis dicat, hoc es revera, etiamſi opinione aliuſmodi eſſe videaris: uſus dicat eidem, Te quaerebam. etenim ſemper mihi praeſens res omnis materiam praebet virtutis rationalis et ſocialis, artiſque prorſus vel humanae vel divinae *exercendae*. ſiquidem quicquid contingit, vel ad hominem ſpectat vel ad Deum, nec aut novum

eſt

καρτερικώτερον ἐν τῷ [1] πάγῳ διενυκτέρευεν, καὶ [2] τὸν Σαλαμίνιον κελεύσαντες ἄγειν γυναικώτερον ἔδοξεν ἀντιβῆναι, [3] καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο· περὶ ὧν καὶ μάλις' ἄν τις [4] ἐπισήσειεν, εἴπερ ἀληθὲς ἦν· ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖ σκοπεῖν ποίαν τινὰ τὴν ψυχὴν εἶχε Σωκράτης, καὶ εἰ ἐδύνατο ἀρκεῖσθαι τῷ δίκαιος εἶναι τὰ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ὅσιος τὰ πρὸς θεούς, μήτε εἰκῇ πρὸς τὴν κακίαν ἀγανακτῶν, μηδὲ μὴν συκάζων τινὸς ἀγνοίᾳ, μήτε τὴν ἀπονεμομένων ἐκ τοῦ ὅλου ὡς ξένον τι δεχόμενος, ἢ ὡς ἀφόρητον ὑπομένων, μήτε τοῖς τῆς σαρκιδίου πάθεσιν ἐμπαρέχων συμπαθῆ τὸν
67 νοῦν. Ἡ φύσις γὰρ οὕτως συνεκέρασε [5] τῷ συγκρίματι, ὡς μὴ ἐφεῖσθαι περιορίζειν ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὑφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι. λίαν γὰρ ἐνδέχεται θεῖον ἄνδρα γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι· τούτου μέμνησο ἀεί. καὶ ἔτι ἐκείνου, ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιῶσαι. καὶ μὴ ὅτι ἀπήλπισας διαλεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθαι, διὰ τοῦτο ἀπογνῷς καὶ [6] ἐλεύθερος, καὶ
68 αἰδήμων, καὶ κοινωνικὸς, καὶ εὐπειθὴς Θεῷ. Ἀβιάστως διαζῆσαι ἐν πλείστῃ θυμηδίᾳ, κἂν πάντες καλαβοῶσιν ἄτινα βούλονται, κἂν τὰ θηρία διασπᾷ τὰ μελύδρια τοῦ [7] περιπεθραμμένου τούτου φυράματος. τί γὰρ κωλύει ἐν πᾶσι τούτοις τὴν διάνοιαν ζῶσαι ἑαυτὴν ἐν γαλήνῃ, καὶ κρίσει περὶ τῶν πραγμένων ἀληθεῖ, καὶ χρήσει τῶν ὑποβεβλημένων ἑτοίμῃ; ὥστε τὴν μὲν κρίσιν λέγειν τῷ προσπίπτοντι, τοῦτο ὑπάρχεις κατ' οὐσίαν, κἂν καλὰ δόξαν ἀλλοῖον φάνῃ· τὴν δὲ χρῆσιν λέγειν τῷ ὑποπίπτοντι, σὲ ἐζήτουν· ἀεὶ γάρ μοι τὸ παρὸν, ὕλη ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς, καὶ τὸ σύνολον τέχνης ἀνθρώπου ἢ θεοῦ. πᾶν γὰρ τὸ συμβαῖνον, θεῷ ἢ

ἀνθρώπῳ

ἀνθρώπῳ ἐξοικειῶται, ϗ ὔτε καινὸν, ὔτε δυσμεταχεί-
ριστον, ἀλλὰ γνώριμον ϗ εὐεργές. Τοῦτο ἔχει ἡ τε- 69
λειότης τοῦ ἤθους, τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν δι-
εξάγειν, ϗ μήτε [1] σφύζειν, μήτε ναρκᾶν, μήτε ὑπο-
κρίνεσθαι. Οἱ θεοὶ ἀθάνατοι ὄντες, ὐ δυσχεραίνουσιν, 70
ὅτι ἐν τοσούτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτοὺς πάντως ἀεὶ τοιούτων
ὄντων ϗ τοσούτων φαύλων ἀνέχεσθαι· προσέτι δὲ καὶ
κήδονται αὐτῶν παντοίως. σὺ δὲ ὅσον ὐδέπω λήγειν
μέλλων, ἀπαυδᾷς; καὶ ταῦτα, εἷς ὢν τῶν φαύλων;
Γελοῖόν ἐστι τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν, ὃ καὶ 71
δυνατόν ἐστι· τὴν δὲ τῶν ἄλλων φεύγειν, ὅπερ ἀδύνα-
τον. Ο ἂν ἡ λογικὴ ϗ πολιτικὴ δύναμις εὑρίσκῃ 72
μήτε νοερὸν, μήτε κοινωνικὸν, εὐλόγως καταδεέστερον
ἑαυτῆς κρίνει. Οταν σὺ εὖ πεποιηκὼς ᾖς, ϗ ἄλ- 73
λος εὖ πεπονθὼς. τί ἔτι ζητεῖς τρίτον παρὰ ταῦτα,
ὥσπερ οἱ μωροὶ, τὸ ϗ δόξαι εὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀ-
μοιβῆς τυχεῖν; Οὐδεὶς κάμνει ὠφελούμενος. ὠ- 74
φέλεια δὲ πρᾶξις κατὰ φύσιν. μὴ οὖν κάμνε ὠφελού-
μενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖς. Η τοῦ ὅλου φύσις ἐπὶ τὴν 75
κοσμοποϊίαν ὥρμησεν· νῦν δὲ ἤτοι πᾶν τὸ γινόμενον
κατ' ἐπακολούθησιν γίνεται, [2] ἢ ἀλόγιστα ϗ τὰ κυριώ-
τατά ἐστιν, ἐφ' ἃ ποιεῖται ἰδίαν ὁρμὴν τὸ τοῦ κόσμου
ἡγεμονικόν. εἰς πολλά (ε γαληνότερον ποιήσει, τοῦτο
μνημονευόμενον.

ΒΙΒΛΙΟΝ

eſt aut tractatu difficile, ſed familiare et facile.
69 Hoc in ſe habet morum perfectio, quod diem omnem tanquam noviſſimum exigit, nec aut feſtinat,
70 aut torpeſcit, aut ſimulate quicquam agit. Dii, immortales cum ſint, non aegre ferunt tamen, quod per aevum tam immenſum ipſos oporteat omnino, tot taleſque qui ſint, improbos jugiter ſuſtinere. imo quod amplius eſt, omnimodam horum curam gerunt. tu vero, qui mox es deſiturus, *malos tolerando* defetiſceris? idque cum ex eorum ipſe ſis numero.
71 Ridiculum eſt malitiam cum tuam, quod potes, non effugias, fugere te *velle*, quod non potes, alienam.
72 Quicquid intellectualis ſocialiſque facultas, nec ad intellectum nec ad uſum ſocialem facere deprehenderit,
73 id ipſum inferius ſe merito judicat. Ubi bene tu alicui feciſti, et beneficio ille affectus eſt, quid ſtultorum inſtar tertium quippiam ultra haec quaeras, puta, benefici hominis exiſtimationem, aut beneficii
74 accepti remunerationem? Emolumentum capiendo nemo defatigatur. atqui emolumentum eſt actio omnis naturae conſentanea. noli ergo defatigari emo-
75 lumentum in eo capiendo, quod alteri praeſtas. Ad mundum condendum univerſi natura olim ſe intendit. nunc vero, aut quicquid fit, conſequentiae neceſſariae lege certa producitur, aut principalia etiam illa, ad quae mundi mens peculiariter intenta eſt, ratione nulla gubernantur. in multis tranquilliorem fecerit te, hoc in memoria ſi habueris.

LIBER VIII.

HOC etiam ad inanis gloriae ſtudium minuen- 1
dum conducit, quod vitam totam, eam ſal-
tem quae à juventute hactenus tranſiit, non
potes praeſtare philoſophice ductam. ſiquidem cum
aliis haud paucis, tum et tibi ipſi compertum eſt, à
philoſophia longe te abeſſe. conturbatae ſunt itaque
rationes tuae: neque adeo aut facile eſt tibi philoſo-
phi exiſtimationem comparare; et vitae etiam inſti-
tutum adverſatur. proinde ſi vere perſpexiſti in quo
res ipſa ſita ſit, miſſa exiſtimatione, in hoc duntaxat
incumbe, ut vitae quod ſupereſt, quantulumcunque id
fuerit, pro naturae tuae ductu ac dictamine tranſigas.
tu itaque illa quid velit, intuere, nec te aliud quic-
quam moleſtum habeat. etenim expertus jam es, per
quam multa divagatus vitam bonam beatamque nuſ-
quam inveneris; non in ſyllogiſmis, non in divitiis,
non in gloria, nec in voluptate, nec ullibi. in quo-
nam ergo conſiſtit? in eis faciendis quae exigit natura
humana. at haec quomodo quis faciat? ſi decreta
nactus ſit, à quibus appetitiones actuſque *iſtiuſmodi*
profluunt. quaenam, *inquis*, decreta? de bonis maliſ-
que, ut nihil nimirum homini bonum cenſeat, quod
non juſtum, temperantem, fortem, liberalem faciat,
nihil malum, quod non iſtis contrarium. In omni 2
actione interroga te, quomodo iſta mihi ſeſe habet?
num futurum eſt, ut ejus poeniteat me? prope adeſt
tempus, quo moriturus ſum, omniaque mihi tranſi-
tura. quid ergo expeto ulterius, ſi illud quod im-
praeſentiarum ago, opus ſit animantis rationalis, ſoci-
alis, eademque cum Deo ipſo lege agentis. Alex- 3
ander, Cajus, Pompejus, quid ad Diogenem, Hera-
clitum, Socratem? iſti ſiquidem res ipſas perſpectas
habe-

ΒΙΒΛΙΟΝ ή.

1 ΚΑΙ τοῦτο πρὸς τὸ ἀκενόδοξον φέρῃ, ὅτι οὐκ ἔτι δύνασαι τὸν βίον ὅλον, ἢ τόν γε ἀπὸ νεότητος φιλόσοφον βεβιωκέναι· ἀλλὰ πολλοῖς τε ἄλλοις, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ δῆλος γέγονας, πόρρω φιλοσοφίας ὤν. πέφυσαι δ' ὢν· ὥστε τὴν μὲν δόξαν τὴν τοῦ φιλόσοφον κλῆσαι, οὐκέτι σοι ῥᾴδιον· ἀνταγωνίζεται δὲ καὶ ἡ ὑπόθεσις· εἴπερ ὄντως ἀληθῶς ἑώρακας ὃ κεῖται τὸ πρᾶγμα, τὸ μέν, τί δόξεις, ἄφες· ἀρκέσθητι δὲ, εἰ καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, [1] ὅσον δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλῃ βιώσειν. καταγνόησον δ' ὅτι θέλῃ, καὶ ἄλλο μηδὲν περιπάτω· πεπείρασαι γὰρ περὶ πόσα πλανηθείς, οὐδαμοῦ εὗρες τὸ εὖ ζῆν· οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν πλούτῳ, οὐκ ἐν δόξῃ, οὐκ ἐν ἀπολαύσει, οὐδαμοῦ. ποῦ δ' ἐστιν; ἐν τῷ ποιεῖν, ἃ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις· πῶς δ' ἂν ταῦτα ποιήσῃ; ἐὰν δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. τίνα δόγματα; τὰ περὶ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν· ὡς οὐδενὸς μὲν ἀγαθοῦ ὄντος ἀνθρώπῳ, ὃ οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον, σώφρονα, ἀνδρεῖον, [3] ἐλεύθερον, οὐδενὸς δὲ κακοῦ, ὃ οὐχὶ ποιεῖ ταναντία τοῖς εἰ-
2 ρημένοις. Καθ' ἑκάστην πρᾶξιν ἐρώτα σεαυτὸν, πῶς μοι αὕτη ἔχει; μὴ μετανοήσω ἐπ' αὐτῇ; μικρὸν καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου. τί πλέον ἐπιζητῶ, εἰ τὸ παρὸν ἔργον ζῴου νοεροῦ, καὶ κοινωνικοῦ καὶ ἰσονόμου θεῷ.
3 Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Γάϊος, καὶ Πομπήϊος τί πρὸς Διογένη, καὶ Ἡράκλειτον, καὶ Σωκράτην; οἱ μὲν γὰρ εἶδον

τὰ πράγματα καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ὕλας, καὶ τὰ
ἡγεμονικὰ ἧν αὐτῶν ταὐτά. ἐκεῖ δὲ ὅσων πρόνοια;
καὶ δυλεία πόσων; [3] Οτι ὐδὲν ἧττον τὰ αὐτὰ ποι- 4
ήσουσι, κἂν σὺ διαῤῥαγῇς. Τὸ πρῶτον μὴ ταράσ- 5
σου· πάντα γὰρ κατὰ τὴν τοῦ ὅλου φύσιν· καὶ ὀλίγου
χρόνου ὐδεὶς ὐδαμοῦ ἔσῃ· ὥσπερ ὐδὲ Αδριανὸς, ὐδὲ Αὔ-
γουστος. ἔπειτα ἀτενίσας εἰς τὸ πρᾶγμα, ἴδε αὐτὸ καὶ
συμμνημονεύσας, ὅτι ἀγαθόν σε ἄνθρωπον εἶναι δεῖ,
καὶ τί τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις ἀπαιτεῖ, πρᾶξον τοῦτο ἀ-
μελαστρεπτί. καὶ εἰπὲ, ὡς δικαιότατον φαίνεταί σοι μό-
νον ἀμφῶς, καὶ αὐδημόνως, καὶ ἀνυποκρίτως. Η 6
τῆς ὅλων φύσεως τοῦτο ἔργον ἔχει, τὰ ὧδε ὄντα ἐκεῖ με-
ταλιθέναι, μεταβάλλειν, ἄρειν ἔνθεν καὶ ἐκεῖ φέρειν.
πάντα τροπαί· [4] ὐχ ὥστε φοβηθῆναι, μήτι καινόν·
πάντα συνήθη· ἀλλὰ καὶ ἴσαι αἱ ἀπονεμήσεις. Αρκεῖται 7
πᾶσα φύσις ἑαυτῇ ἀοδύσῃ· φύσις δὲ λογικὴ ἀοδεῖ, ἐν
μὼ φαντασίαις, μήτε ψεδεῖ, μήτε ἀδήλῳ συγκαλύβε-
μμένῃ· τὰς ὁρμὰς δὲ ἐπὶ τὰ κοινωνικὰ ἔργα μόνα ἀπο-
θύνουσα· τὰς ὀρέξεις δὲ καὶ ἐγκλίσεις τῆς ἐφ' ἡμῖν μόνον
πεποιημμένῃ· τὸ δὲ ὑπὸ τῆς κοινῆς φύσεως ἀπονεμόμε-
νον πᾶν ἀσπαζομμένῃ. μέρος γὰρ αὐτῆς ἐστιν· ὡς ἡ τοῦ
φύλλου φύσις τῆς τοῦ φυτοῦ φύσεως, πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν
ἡ τοῦ φύλλου φύσις μέρος ἐστὶ φύσεως, καὶ ἀναμοίπτου, καὶ
ἀλόγου, καὶ ἐμποδίζεσθαι δυναμμένης. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου
φύσις, μέρος ἐστὶ ἀνεμποδίστου φύσεως καὶ νοερᾶς καὶ δι-
καίας· ἔγγε ἴσους καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς μερισμοὺς χρό-
νων, ὑσίας, αἰτίου, ἐνεργείας, συμβάσεως, ἐκάστοις
ποιεῖται· σκόπει δὲ, μὴ εἰ [5] τὸ πρὸς τὸ ἓν ἴσον ἀρή-
σεις ἐπὶ πάντος, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην [7] τὰ πάντα τοῦ-
δε, πρὸς ἀθρόα τὰ τοῦ ἑτέρου. Αναγινώσκειν ὐκ 8

ἔξεσιν.

habebant, † formaſque earundem et materias. atque hoc modo inſtructae erant mentes horum. illis vero, de quam multis ſolicitos eſſe neceſſe fuit? quam multis rebus inſervire? Eadem nihilominus facturos memineris, etiamſi tu te ruperis. In primis ne commovearis. *obveniunt* enim ſecundum rerum naturam univerſa: ipſe autem paulo poſt, nullus, nuſquam futurus es: quomodo et Hadrianus, et Auguſtus. tum rem ipſam penitius intuitus, eam in ſe conſidera. ſimul memineris, probum eſſe te oportere. quod autem hominis à te natura exigit, hoc conſtanter facito, quodque juſtiſſimum videbitur, loquitor; placide duntaxat, modeſte, citraque diſſimulationem. Univerſi natura hoc ſolenne habet; quae iſtic exiſtunt illo transferre, res mutare, hinc tollere, illic deponere, omnia vices has ſubeunt: uſitata ſunt omnia, ut metuendum non ſit, nequid novi emergat. Siremps denique omnibus de iſtis lex. Natura omnis ſeſe proſpere-procedente contenta eſt: proſpere autem procedit rationalis natura, ubi in cogitando nec falſo, nec incerto aſſentitur, impulſus ſuos ad opera quae ſocietatem juvent, ſola dirigit, appetitiones et averſationes, ad ea ſola, quae in nobis ſita ſunt, adhibet, à rerum natura denique quicquid aſſignatum fuerit, amplectitur. hujus enim pars eſt, ut folii natura pars naturae eſt arboris, hoc tantum intereſt, quod ibi folii natura pars eſt naturae ſenſus rationiſque exſortis, et impedimento obnoxiae. cum hominis natura pars ſit naturae impediri neſciae, rationalis, juſtae. haec autem et tempora, et materiam, et formam, et facultates, et caſus ex aequo diſtribuit ſingulis quibuſque pro uniuſcujuſque dignitate. id quod deprehendere licebit, ſi non ſeorſim unum aliquod in re ulla conſideraveris, ſed iſtius omnia cum alterius alicujus concertim ſumptis contuleris. * *Adeo es illiteratus,*

ut nec legere poſſis. at potes contumelia abſtinere, potes voluptate et dolore ſuperiorem te praeſtare, potes gloriolam nihili facere, potes ſtupidis et ingratis non ſuccenſere, imo et illorum curam gerere. Ne- 9
mo, aut vitam aulicam, aut tuam etiam, inſimulantem te audiat. Poenitentia eſt ſui ipſius repre- 10
henſio quaedam, ut qui utile aliquid omiſerit: bonum autem quodque neceſſario etiam eſt utile; quodque eſt ejuſmodi, id viro bono proboque curae eſſe oportet. at neminem virum bonum probumque poenituerit, quod voluptatem unquam ullam omiſerit. neque utile itaque, neque bonum voluptas eſt. Hoc quidnam in ſe eſt ex conſtitutione ſua? quaenam 11
illius ſubſtantia ſive materia? quae forma? quid in mundo facit? quamdiu conſiſtit? Quando ſom- 12
num gravatim excutis, reminiſcere, et conditioni tuae et naturae humanae conſentaneum eſſe ut actiones ad communitatem conducentes edas, cum dormire etiam brutis animantibus commune ſit. quod autem eſt naturae cujuſque conſentaneum, hoc et familiarius, et aptius, et jucundius eſt utique. Aſſidue, 13
in omni, quantum potes, viſo menti oblato, conſidera, quaenam ejus natura, ad mores quid faciat, quid in ſe habeat veritatis. Ubi quenquam con- 14
veneris, ſtatim tu tecum, iſte quaenam habet de bonis maliſque decreta? qui enim de voluptate ac dolore, et efficientibus utriuſque, vel de fama et ignominia, morte et vita, decreta iſtiuſmodi habeat, ſi hujuſmodi fecerit, nihil mirum mihi novumque videbitur. ſimul et hoc ſuccurret, neceſſario facere illum quae facit. Memineris, aeque turpe eſſe mi- 15
rari quenquam tanquam de re inſueta, quod ea mundus, quorum ferax eſt, profert; ac mirari quenquam, quod ficus ficus ferat, aut mirari medicum, quod quis febricitaverit, gubernatorem, quod ventus adverſus flaverit.

ἕξεσιν. ἀλλὰ ὕβριν ἀνείργειν ἕξεσιν. ἀλλὰ ἡδονῶν καὶ πόνων καθυπερτερεῖν ἕξεσιν. ἀλλὰ τῆ δοξαρίῳ ὑπεράνω εἶναι ἕξεσιν· ἀλλὰ ἀναθήτοις καὶ ἀχαρίστοις, 9 μὴ θυμοῦσθαι, πρόσεστι κήδεσθαι αὐτῶν ἕξεσιν. Μηκέτι ζῷ μηδεὶς ἀκούσῃ καλαμεμφομένῳ τὸν ἐν αὐλῇ 10 βίον, μηδὲ τὸν ξενικόν. Ἡ μελάνοια ἐστιν ἐπίληψίς τις ἑαυτῆ, ὡς χρήσιμόν τι παρεικότος· τὸ δὲ ἀγαθὸν χρήσιμόν τι δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιμελητέον αὐτῆ τῷ ἀγαθῷ καὶ καλῷ ἀνδρί· ὑδεὶς δ' ἂν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ μελανοήσειεν, ἐπὶ τῷ ἡδονήν τινα παρεικέναι· ὅτε ἄρα χρή- 11 σιμον, ὅτε ἀγαθὸν ἡδονή. [1] Τοῦτο τί ἐστιν αὐτὸ καθ' ἑαυτό τῇ ἰδίᾳ καλασκαῇ; τί μὲν τὸ ὑσιῶδες αὐτοῦ καὶ ὑλικόν; τί δὲ τὸ αἰτιῶδες; τί δὲ ποιεῖ ἐν τῷ κόσμῳ; 12 πόσον δὲ χρόνον ὑφίσα); Οταν ἐξ ὕπνου δυσχερῶς ἐγείρῃ, ἀναμιμνήσκου, ὅτι καλὰ τὴν καλασκαὴν ζῷ ἐστὶ, καὶ καλὰ τὴν ἀνθρωπικὴν φύσιν, τὸ πράξεις κοινωνικὰς ἀποδιδόναι, τὸ δὲ καθαίρειν κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· ὃ δὲ καλὰ φύσιν ἑκάστῳ, τοῦτο οἰκειότε- 13 ρον καὶ προσφυέστερον, καὶ δὴ καὶ προσηνέστερον. Διηνεκῶς καὶ ἐπὶ πάσης εἰ οἷόν τε φανλασίας, φυσιολογεῖν, 14 παθολογεῖν, διαλεκλικαίεσθαι. Ω, ἂν ἐνλυσχάνῃς, ἀθὺς ζωλῷ προλεγε· ὅτος τίνα δόσμαλα ἔχει περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; ἢ γὰ περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου, καὶ τῶν ποινικῶν ἑκατέρου, καὶ περὶ δόξης, ἀδοξίας, θανάτου, ζωῆς τοιάδε τινὰ δόσμαλα [2] ἔχειν, ὑδὲν θαυμαστὸν ἢ ξένον μοι δόξει, ἐὰν τὰ δέ τινα ποιῇ· 15 καὶ μεμνήσομαι, ὅτι [3] ἀναγκάζει ὅτως ποιεῖν. Μέμνησο, ὅτι ὥσπερ αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκῆ σῦκα φέροι, ὅτως εἰ ὁ κόσμος τάδε τινὰ φέροι, ὧν ἕνεκα φόρος· καὶ ἰατρῷ δὲ καὶ κυβερνήτῃ αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ πεπύ-

ρεχεν

ρεχεν οὗτος, ἢ εἰ ἀντίπνοια γέγονεν. [1] Μέμνησο, 16
ὅτι, καὶ τὸ μετατίθεσθαι καὶ ἕπεσθαι τῷ διορθοῦντι, ὁμοί-
ως ἐλεύθερόν ἐστι. [2] σὺ γὰρ ἐνέργεια κατὰ τὴν σὺν ὁρμὴν
καὶ κρίσιν, καὶ δὴ καὶ κατὰ νοῦν τὸν σὸν περαινομένη.
Εἰ μὲν ἐπὶ σοὶ, τί αὐτὸ ποιεῖ; εἰ δὲ ἐπ' ἄλλῳ, τίνι 17
μέμφῃ; τοῖς ἀτόμοις, ἢ τοῖς θεοῖς; ἀμφότερα μα-
νιώδη. οὐδενὶ μεμπτέον. [3] εἰ μὲν γὰρ δύνασαι, διόρθω-
σον τόδε πρᾶγμα αὐτό. εἰ δὲ τοῦτο μὴ δύνασαι,
πρὸς τί ἔτι σοι φέρει τὸ μέμψασθαι; εἰκῇ γὰρ οὐδὲν
ποιητέον. Εξω τοῦ κόσμου τὸ ἀποθανὸν οὐ πίπτει. 18
εἰ ᾧδε μένει καὶ μεταβάλλει ᾧδε καὶ διαλύεται, εἰς τὰ
ἴδια ἃ στοιχεῖά ἐστι τοῦ κόσμου καὶ σά. καὶ αὐτὰ δὲ με-
ταβάλλει, καὶ οὐ γογγύζει. Εκαστον πρός τι γέ- 19
γονεν, ἵππος, ἄμπελος· τί θαυμάζεις; [4] καὶ ὁ ἥλιος
ἐρεῖ, πρός τι ἔργον γέγονα, καὶ [5] οἱ λοιποὶ θεοί. σὺ οὖν
πρὸς τί; τὸ ἥδεσθαι; ἴδε εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια. Η 20
φύσις ἐστόχασται ἑκάστου, οὐδέν τι ἔλασσον τῆς ἀπολή-
ξεως, ἢ τῆς ἀρχῆς τε καὶ διεξαγωγῆς, [6] ὡς ὁ ἀνα-
βάλλων τὴν σφαῖραν· τί οὖν ἀγαθὸν τῷ σφαιρίῳ ἀ-
ναφερομένῳ, ἢ κακὸν καταφερομένῳ, ἢ καὶ πεπτωκότι;
τί δὲ ἀγαθὸν τῇ πομφόλυγι συνεστώσῃ, ἢ κακὸν δια-
λυθείσῃ; τὰ ὅμοια δὲ καὶ ἐπὶ λύχνου. Εκστρεψον, 21
καὶ θεάσαι οἷόν ἐστι, γηράσαν δὲ οἷον γίνεται, [7] νοσῆσαν
δὲ, πορνεῦσαν· βραχύβιον δὲ καὶ ὁ ἐπαινῶν καὶ ὁ ἐπαι-
νούμενος, καὶ ὁ μνημονεύων, καὶ ὁ μνημονευόμενος. προσ-
έτι δὲ καὶ ἐν γωνίᾳ τούτου τοῦ κλίματος, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα
πάντες συμφωνοῦσι, καὶ οὐδὲ αὐτός τις ἑαυτῷ· καὶ ὅλη
δὲ ἡ γῆ στιγμή. [8] Πρόσεχε τῷ ὑποκειμένῳ, ἢ τῷ 22
δόγματι, ἢ τῇ ἐνεργείᾳ, ἢ τῷ σημαινομένῳ· [9] δικαίως
ταῦτα πάσχεις· [10] μᾶλλον δὲ θέλεις ἀγαθὸς αὔριον
γενέσθαι,

16 flaverit. Memineris aeque tibi liberum esse *sententiam* mutare et corrigenti parere, *atque in re coepta ulla persistere.* etenim et haec tua est operatio, *utpote* quae juxta intentionem judiciumque tuum, atque adeo ex animi etiam tui sententia perficiatur.
17 Si tui istud est arbitrii, cur facis? sin alterius, quem incusas? atomos, an Deos? insani utrumque est. nemo *igitur* est incusandus. si quidem enim potes, rem ipsam corrige. sin minus, quid tibi queri pro-
18 fuerit? nihil autem est agendum frustra. Nihil, quod moritur, mundo excidit. istic autem si manet ac mutat, istic et in sua, quae et mundi et tui eadem sunt, elementa resolvitur. atque haec quoque
19 mutant, nec murmurant tamen. Ad opus aliquod natum est unumquodque, *puta*, equus, vitis. quid miraris? sol etiam ipse, Diique reliqui ad opus aliquod exstitere. tu ergo ad quid? nunquid ad oblectandum te? cogita tecum an sensus communis id
20 ferat. Natura rei cujusque rationem habet; tam ad finem, quam ortum et durationem: quemadmodum et is qui pilam mittit, *pilae pariter rationem habet.* ecquid autem pilae, vel sursum missae boni, vel descendenti cadentique mali? ecquid et bullae vel consistenti boni, vel subsidenti mali? de lucerna
21 idem dictum sit. Inverte *corpus tuum*, atque inspice, quale sit, ubi senuerit; quale sit, ubi morbidum fuerit; quale sit, spiritum ubi efflaverit. brevis autem est vitae et qui celebrat, et qui celebratur; et qui commemorat pariter, et qui commemoratur. ad haec et in plagae istius angulo duntaxat id geritur; ubi etiam neque omnes inter se consentiunt, neque quisquam sibi. denique terra omnis puncti instar ha-
22 bet. Animum adverte praesenti vel decreto, vel facto, vel dicto. merito haec pateris, qui bonus mavis

vis cras fieri, quam esse hodie. Facio quicquam? 23
ita facio, ut ad homines juvandos referam: contingit
mihi quicquam? ita excipio, ut ad Deos referam
fontemque rerum omnium, à quo, quaecunque fiunt,
ordine praestituto derivantur. Ipsum lavari quale 24
quid tibi videtur? oleum, sudor, sordes, aqua, strig-
mentum; putida omnia. tale quiddam est et vitae
pars quaevis, et materia subjecta quaelibet. Lu- 25
cilla Verum *extulit*; mox et Lucilla *ipsa elata est*.
Secunda Maximum; mox et Secunda. Epityncha-
nus Diotimum; mox et Epityncha nus. Antoninus
Faustinam; mox et Antoninus. Celer Hadrianum;
mox et Celer. hujusmodi sunt omnia. quin et so-
lertes illi, aut futurorum praescii, aut fastu inflati,
ubinam jam sunt? solertes inquam, quales Charax,
Demetrius Platonicus, Eudaemon, et si quis alius ejus-
modi. omnia caduca sunt, et jam olim morte se-
pulta sunt. alii nec brevem sui memoriam sunt conse-
cuti; alii in fabulas abierunt; alii etiam è fabulis
evanuerunt. horum ergo memineris, aut compagem
tui dissipatum iri aut exstinctum spiritum aut migra-
turum, atque alibi dispositum. Homini volupe 26
est, quae hominis propria sunt, facere. proprium au-
tem est hominis, contribuli suo benevolum esse, sen-
suum motus insuper habere, visa probabilia discer-
nere, universi naturam, eaque quae secundum hanc
fiunt, contemplari. Affectiones singuli quique tres 27
habent; unam ad causam ambientem, alteram, ad
causam divinam, à qua proveniunt omnibus omnia;
tertiam, ad eos quibuscum in hac versatur. Dolor 28
aut est corpori malum, *quod si sit*, corpus id censeat:
aut animae. at illi licet etiam inter dolores serenita-
tem suam tranquillitatemque servare, nec opinari
malum esse. omne enim judicium, et impetus, et
appetitus, et aversatio intus est; quo mali nihil
ascen-

23 γενέσθαι, ἢ σήμερον εἶναι. Πράσσω τι; πράσσω
ἐπ' ἀνθρώπων εὐποιΐαν ἀναφέρων· συμβαίνει τι μοι;
δέχομαι, ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρων, καὶ τὴν πάντων πη-
24 γὴν, ἀφ' ἧς πάντα τὰ γινόμενα συμμηρύεται. Ὁποῖόν
σοι φαίνεται τὸ λούεσθαι; ἔλαιον, ἱδρὼς, ῥύπος, ὕδωρ,
γλοιῶδες, πάντα σικχαντά. τοιοῦτον πᾶν μέρος τοῦ βίου,
25 καὶ πᾶν ὑποκείμενον. [1] Λούκιλλα Οὐῆρον· εἶτα Λούκιλ-
λα· Σέκουνδα [2] Μάξιμον· εἶτα Σέκουνδα· [3] Επιτύγχανος
Διότιμον· εἶτα Επιτύγχανος. [4] Φαυστίναν Αντωνῖνος·
εἶτα Αντωνῖνος. τοιαῦτα πάντα. [5] Κέλερ Αδριανόν·
εἶτα Κέλερ. οἱ δὲ δριμεῖς ἐκεῖνοι, ἢ προγνωστικοὶ ἢ τε-
τυφωμένοι, ποῦ; οἷον, δριμεῖς μὲν, [6] Χιάραξ καὶ [7] Δη-
μήτριος ὁ Πλατωνικὸς, καὶ [8] Εὐδαίμων, καὶ εἴ τις τοιοῦ-
τος. πάντα ἐφήμερα, τεθνηκότα πάλαι· ἔνιοι μὲν
οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον μνημονευθέντες· οἱ δὲ εἰς μύθους μετα-
βαλόντες· οἱ δὲ ἤδη ἐκ μύθων ἐξίτηλοι· τούτων οὖν μεμ-
νῆσθαι, ὅτι δεήσει ἤτοι σκεδασθῆναι τὸ συγκριμάτιόν
σου, ἢ σβεσθῆναι τὸ πνευμάτιον, ἢ μεταστῆναι, καὶ ἀλ-
26 λαχοῦ καταχθῆναι. Εὐφροσύνη ἀνθρώπου, ποιεῖν
τὰ ἴδια ἀνθρώπου. ἴδιον δὲ ἀνθρώπου εὔνοια πρὸς τὸ
ὁμόφυλον, ὑπερόρασις τῶν αἰσθητικῶν κινήσεων, διά-
κρισις τῶν πιθανῶν φαντασιῶν, ἐπιθεώρησις τῆς τῶν
27 ὅλων φύσεως καὶ τῶν κατ' αὐτὴν γινομένων. Τρεῖς
σχέσεις· ἡ μὲν πρὸς τὸ αἴτιον τὸ περικείμενον· ἡ δὲ
πρὸς τὴν θείαν αἴτιαν, ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσιν πάν-
28 τα· ἡ δὲ πρὸς τοὺς συμβιοῦντας. Ὁ πόνος ἤτοι τῷ
σώματι κακόν· οὐκοῦν ἀποφαινέσθω· ἢ τῇ ψυχῇ· ἀλλ'
ἔξεστιν αὐτῇ τὴν ἰδίαν αἰθρίαν καὶ γαλήνην διαφυλάσ-
σειν, καὶ μὴ ὑπολαμβάνειν ὅτι κακόν. πᾶσα γὰρ κρίσις,
καὶ ὁρμὴ, καὶ ὄρεξις, καὶ ἔκκλισις, ἔνδον. καὶ οὐδὲν κακὸν

ὧδε ἀναβαίνῃ. Ἐξάλειφε τὰς φαντασίας, συνεχῶς 29
σεαυτῷ λέγων· νῦν ἐπ' ἐμοί ἐστιν, ἵνα ἐν ταύτῃ τῇ
ψυχῇ μηδεμία πονηρία ᾖ, μηδὲ ἐπιθυμία, μηδὲ ὅλως
ταραχὴ τίς· ἀλλὰ βλέπων πάντα ὁποῖά ἐστιν, χρῶ-
μαι ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν. μέμνησο τῶν τῆς ἐξουσίας
καλὰ φύσιν. Λαλεῖν, καὶ ἐν συναλήτῳ, καὶ πρὸς 30
πάντ' ὀνίνων κοσμίως, [1] μὴ περιρραντῶς [2] ὑγιεῖ λόγῳ
χρῆσθαι. Αὐλὴ Αὐγούστα, γυνή, θυγάτηρ, ἔγδο- 31
νοι, [3] πρόγονοι, ἀδελφή, Ἀγρίππας, συγγενεῖς, οἰ-
κεῖοι, φίλοι, [4] Ἀρειος, Μαικήνας, ἰατροὶ, [5] θύται, ὅ-
λης αὐλῆς θάνατος· εἶτα ἔπιθι [6] τὰς ἄλλας, μὴ καθ'
ἑνὸς ἀνθρώπου θάνατον, οἷον Πομπηΐων· καὶ κεῖνο δὲ
τὸ ἐπιγραφόμενον τοῖς μνήμασιν, ἔκλειπε τὸ ἴδιον γέ-
νος· ἐπιλογίζεσθαι, πόσα ἐπαάθησαν οἱ πρὸ αὐτῶν,
ἵνα διάδοχόν τινα καταλίπωσιν· εἶτα, ἀνάγκη ἔσ-
χατόν τινα γηρέσθαι· [7] πάλιν ὧδε ὅλα γήινα θάνα-
τον. Συνιδέναι δεῖ τὸν βίον, καὶ μίαν πρᾶξιν· 32
καὶ εἰ ἑκάστη τὸ ἑαυτῆς παρέχοι ὡς οἷόν τε, ἀρκεῖσθαι·
ἵνα δὲ τὸ ἑαυτῆς ἀπέχῃ, μηδὲ εἷς κωλῦσαι δύνα-
ται. ἀλλὰ σήσεταί τι ἔξωθεν; μηδὲν εἷς γε τὸ δικαίως καὶ σω-
φρόνως καὶ λογίσως· ἄλλο δέ τι ἴσως ἐνεργητικὸν
κωλυθήσεται; ἀλλὰ τῇ περὶ αὐτὸ τὸ κώλυμα ἀρε-
στήσει, καὶ τῇ ἐπὶ τὸ διδόμενον ἀγνώμονι μεταβάσει ἄλλη
πρᾶξις ἀνθικαθίσταται, ἐναρμόσουσα εἰς τὴν συν-
θεσιν, περὶ ἧς ὁ λόγος. [8] Ἀτύφως μὲν λαβεῖν, 33
ἀλύτως δὲ ἀφεῖναι. Εἴ ποτε εἶδες χεῖρα ἀποκε- 34
κομμένην, ἢ πόδα, ἢ κεφαλὴν ἀπολελυμένην, χωρὶς
πού ποτε ἀπὸ τοῦ λοιποῦ σώματος κειμένην, τοιοῦτον
ἑαυτὸν ποιεῖ, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ μὴ θέλων τὸ συμβαί-
νον, καὶ ἀποχίζων ἑαυτὸν, ἢ ὁ ἀκοινώνητόν τι πράσσων.

ἀπέρ-

29 aſcendit. Imaginationes dele; ſaepe tecum ſic loquendo, in poteſtate mea nunc ſitum eſt, ut nulla in hac anima exiſtat improbitas, nulla cupiditas, nulla omnino perturbatio: ſed ut omnibus qualia reapſe ſint perſpectis, pro exiſtimatione ſua ſingulis utar.
30 memento poteſtatis hujus à natura tibi tributae. Et in ſenatu, et apud quemlibet privatim, curae ſit modeſte potius quam diſerte loqui. ſano vero apud om-
31 nes ſermone utare. Auguſti aula, uxor, filia, nepotes, privigni, ſoror, Agrippa, cognati, familiares, amici, Arius, Maecenas, medici, popae, aula tota morti conceſſit. tum ad alia te transfer; mortemque *cogita*, non unius hominis, ſed gentis totius, Pompejorum puta. nec illud minus, quod tumulis inſcribi ſolet, *Ultimus hic generis ſui. dein* reputa tecum, quam anxie egerint horum anteceſſores, ut ſucceſſorem aliquem ſibi ſuperſtitem relinquerent: cum neceſſe tamen fuerit, ut aliquis tandem ultimus exſiſteret: atque hic rurſus gentis totius mortem conſidera.
32 In ſingulis actionibus vitam componere oportet; ut ſi unaquaeque, quantum datur, quod ſuum eſt tulerit, in eo acquieſcas. quo minus autem ferat, quicquid ſuum eſt, prohibere nemo poterit. ſed exterius aliquid obſtabit? nihil quicquam, quo minus juſte, ſobrie, conſiderate *in ea te geras*. ſed alius alicujus facultatis fortaſſis effectus impedietur? atqui dum impedimentum ipſum placide fers, et ad id quod datur aequo animo te transfers, alia ſtatim prioris vice actio emergit, quae ad eum, de qua ſermo inſtituitur, *vitae* compoſitionem non minus apte conducat.
33 Sic accipe, ne faſtuoſus fias; *ſic poſſide*, ut dimittere
34 proclivis ſis. Si quando manum abſciſſam vidiſti, vel pedem, aut caput etiam amputatum, et ſeorſim alicubi à reliquo corpore ſitum; talem plane ſe facit, quantum in ipſo eſt, qui abſcindit ſeſe, dum vel id quod contingit non vult, vel adverſus ſocietatis jus

aliquid perpetrat. revulſum quodammodo abjeciſti te aliquo ab ea, quae ſecundum naturam eſt, unione. pars enim natura fueras: nunc *vero* temet abſcidiſti. caeterum iſtic illud ſcitum eſt, quod unire te denuo licet. hoc autem nulli alii parti eſt à Deo conceſſum, ut revulſa ſemel et praeciſa denuo coaleſcat. Verum benignitatem ejus conſidera, qua hominem cohoneſtavit; cum et in ipſo poſuerit, ne primitus ab univerſo revelleretur; et facultatem tribuerit, ubi fuerit revulſus, redeundi, denuoque coaleſcendi, et partis ordinem, quem tenuerat, recuperandi. Sic- 35
ut reliquas facultates rationalium unuſquiſque fere ab univerſi natura accepit; ita hanc nos ab eadem facultatem accepimus: quod quemadmodum illa quicquid obſtat et renititur, in uſum ſuum circumvertit, et in fato diſponit, atque ita partem ſui facit; ita et animal rationale, ex impedimento omni materiam creare ſibi poſſit, eoque uti ad illud quod intenderat, quodcunque tandem id fuerit. Ne confundat te 36
vitae tuae totius cogitatio: neque animo ſimul complectere, quot qualeſque moleſtias ſuperventuras eſſe tibi veriſimile ſit. ſed ad praeſentium unumquodque interroga te, quidnam hac in re eſt, quod ſubiri aut ſuſtineri nequeat? confiteri namque erubeſces. tum cogita tecum, nec quod futurum eſt, nec quod praeteritum eſt, ſed id ſemper duntaxat quod praeſens eſt, moleſtiam tibi faceſſere. minuetur autem iſtud, ſi ſeorſim per ſe circumſcriptum dederis, mentemque redargueris, ſi ne huic quidem ſoli tolerando ſuffecerit. Nunquid etiamnum veri tumulo affidet Pan- 37
thea, aut Pergamus? nunquid Hadriani Chabrias, aut Diotimus? ridiculum *foret*. verum, ſi aſſiderent, nunquid ipſi hoc ſentirent? aut ſi ſentirent, nunquid illos juvaret? aut ſi eos juvaret, nunquid hi immortales futuri eſſent? annon et iſtis deſtinatum eſt, ut

primo

ἀπέῤῥιψαί πȣ̃ ποτε ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἑνώσεως. ἐπεφύκεις γὰρ μέρος· νῦν σεαυτὸν ἀπέκοψας. ἀλλ' ᾧδε κομψὸν ἐκεῖνο, ὅτι ἔξεστί σοι πάλιν ἑνῶσαι σεαυτόν. τȣ̃το ἄλλῳ μέρει ȣ̓δενὶ θεὸς ἐπέτρεψεν, χωρισθέντι καὶ διακοπέντι, πάλιν συνελθεῖν. ἀλλὰ σκέψαι τὴν χρηστότητα, ᾗ τετίμηκε τὸν ἄνθρωπον· καὶ γὰρ ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ ἀποῤῥαγῇ ἀπὸ τȣ̃ ὅλȣ, ἐπ' αὐτῷ ἐποίησε· καὶ [1] ἀποῤῥαγὲν πάλιν ἐπανελθεῖν, καὶ συμφῦναι, καὶ
35 τὴν τȣ̃ μέρȣς τάξιν ἀπολαβεῖν ἐποίησεν. Ὥσπερ τὰς ἄλλας δυνάμεις ἕκαστος τῶν λογικῶν σχεδὸν ὅσον ἡ [2] τῶν λογικῶν φύσις, ȣ̓τως καὶ ταύτην παρ' αὐτῆς εἰλήφαμεν. ὃν τρόπον γὰρ ἐκείνη πᾶν τὸ ἐνιστάμενον καὶ ἀντιβαῖνον [3] ἐπιπεριτρέπει, καὶ κατατάσσει εἰς τὴν εἱμαρμένην, καὶ μέρος ἑαυτῆς ποιεῖ, ȣ̓τως καὶ τὸ λογικὸν ζῶον δύνατο πᾶν κώλυμα ὕλην ἑαυτȣ̃ ποιεῖν, καὶ χρῆσθαι
36 αὐτῷ ἐφ' οἷον ἂν καὶ ὥρμησε. Μή σε συγχείτω ἡ τȣ̃ ὅλȣ βίȣ φαντασία. μὴ συμπερινόει ἐπίπονα οἷα καὶ ὅσα πιθανὸν [4] ἐπιγεγενῆσθαι· ἀλλὰ καθ' ἕκαστον τῶν παρόντων ἐπερώτα σεαυτὸν, τί τȣ̃ ἔργȣ τὸ ἀφόρητον καὶ ἀνύποιστον; αἰσχυνθήσῃ γὰρ ὁμολογῆσαι. ἔπειτα ἀναμίμνησκε σεαυτὸν, ὅτι ȣ̓τε τὸ μέλλον, ȣ̓τε τὸ παρῳχηκὸς βαρεῖ σε, ἀλλὰ ἀεὶ τὸ παρόν. τȣ̃το δὲ κατασμικρύνετο, ἐὰν αὐτὸ μόνον περιορίσῃς, καὶ ἀπελέγχῃς τὴν διάνοιαν, εἰ πρὸς τȣ̃το ψιλὸν ἀντέχειν
37 μὴ δύνατο. Μήτι νῦν [5] παρακάθητο τῇ τȣ̃ [6] κυρίȣ σορῷ, Πάνθεια, ἢ Πέργαμος; τί δὲ τȣ̃ Αδριανȣ̃, [7] Χαυρίας, ἢ Διότιμος; γελοῖον. τί δὲ εἰ παρεκάθηντο, ἔμελλον αἰσθάνεσθαι; τί δὲ εἰ ᾐσθάνοντο, ἔμελλον ἡσθήσεσθαι; τί δὲ εἰ ἥδοντο, ἔμελλον ȣ̓τοι ἀθάνατοι εἶναι; ȣ̓ καὶ τȣ́τȣς πρῶτον μὲν γραίας καὶ γέροντας

γενέσθαι

γενέσθαι οὕτως εἵμαρτο, εἶτα ἀποθανεῖν; τί οὖν ὕστερον
ἔμελλον ἐκεῖνοι ποιεῖν τούτων ἀποθανόντων; [1] γράσων
πᾶν τοῦτο, καὶ λύθρον ἐν θυλάκῳ. Εἰ δύνασαι ὀξὺ 38
βλέπειν, βλέπε [2] κρίνων, φησὶ, σοφοτάτοις. Δι- 39
καιοσύνης κατεξαναστατικὴν ἀρετὴν οὐχ ὁρῶ ἐν τῇ τοῦ
λογικοῦ ζώου κατασκευῇ· ἡδονῆς δὲ ὁρῶ, τὴν ἐγκράτει-
αν. Εὰν ἀφέλῃς τὴν σὴν ὑπόληψιν περὶ τοῦ λυ- 40
πεῖν σε δοκοῦντος, αὐτὸς ἐν τῷ ἀσφαλεστάτῳ ἕστηκας.
τίς αὐτός; ὁ λόγος. ἀλλ' οὐκ εἰμὶ λόγος. ἔστω. οὐκοῦν
ὁ μὲν λόγος αὐτὸς ἑαυτὸν μὴ λυπείτω. εἰ δέ τι ἄλλό
σοι κακῶς ἔχει, ὑπολαβέτω αὐτὸ περὶ αὑτοῦ. Εμ- 41
ποδισμὸς αἰσθήσεως, κακὸν ζωτικῆς φύσεως. ἐμποδισ-
μὸς ὁρμῆς, ὁμοίως κακὸν ζωτικῆς φύσεως. ἔστι δέ τι
ἄλλο ὁμοίως ἐμποδιστικὸν καὶ κακὸν τῆς φυτικῆς κα-
τασκευῆς. οὕτως τοίνυν ἐμποδισμὸς νοῦ, κακὸν νοερᾶς
φύσεως. πάντα δὴ ταῦτα ἐπὶ σεαυτὸν μετάφερε. πό-
νος, ἡδονὴ ἅπτεταί σου; ὄψετ' ἡ αἴσθησις. ὁρμήσαντι
ἔνστημα ἐγένετο; εἰ μὲν ἀνυπεξαιρέτως ὥρμας, ἤδη ὡς
λογικοῦ κακόν. εἰ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις, οὔπω βέβλα-
ψαι, οὐδὲ ἐμπεπόδισαι. τὰ μέν τοι τοῦ νοῦ ἴδια οὐδεὶς
ἄλλος εἴωθεν ἐμποδίζειν· τούτου γὰρ οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος,
οὐ τύραννος, οὐ βλασφημία, οὐχ ὁτιοῦν ἅπτετ'· [3] ὅταν
γένητ' σφαῖρος, κυκλοτερὴς μένει. Οὐκ εἰμὶ ἄξιος 42
ἐμαυτὸν λυπεῖν, οὐδὲ γὰρ ἄλλον πώποτε ἑκὼν ἐλύπησα.
Εὐφραίνει ἄλλον, ἄλλο. ἐμὲ δὲ, ἐὰν ὑγιὲς ἔχω τὸ ἡ- 43
γεμονικὸν, μὴ ἀποστρεφόμενον, μήτε ἄνθρωπόν τινα,
[4] μήτε τῶν ἀνθρώποις συμβαινόντων· ἀλλὰ πᾶν ἐ-
μενέσιν ὀφθαλμοῖς [5] ὁρῶντα καὶ δεχόμενον, καὶ χρώμε-
νον ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν. Τοῦτον [3] ἰδοὺ τὸν χρόνον 44
σεαυτῷ χαρίσαι. οἱ τὴν ὑστεροφημίαν μᾶλλον διώ-
κοντες.

primo ſeneſcant, tum moriantur? ecquid ergo facerent illi, mortuis iſtis? foetor eſt hoc omne, et ſa-
38 nies in ſacco. Si acute cernere vales, acumine tuo utere, inquit ille, in rebus eis, quae ſapien-
39 tiam maxime exigunt. In animantis rationalis conſtitutione virtutem nullam video, quae juſtitiae ſe opponat: at voluptati quae opponat ſeſe, continen-
40 tiam video. Si opinionem tuam ab eo, quod vexare te videtur, ſemoveris, ipſe in tutiſſimo mox conſiſtes. quis ipſe? Ratio. at non ſum ratio. eſto. ratio itaque ne vexet ſe. ſiquidem autem aliud tibi male habet, id ipſum de hoc ipſo, ſi poterit, opinetur.
41 Senſus impeditio, malum eſt naturae animalis. motus impeditio itidem ejuſdem eſt malum. eſt et aliud quod vegetativam conditionem pariter impediat, eſtque malum ejuſdem. mentis quoque perinde impeditio, naturae intellectivae malum eſt. haec jam tu omnia ad te transferas. dolor, voluptas attingit te? viderit ſenſus. aliquid molienti tibi obſtitit quippiam? ſi citra exceptionem moliebaris, jam tuum, qua rationalis, malum eſt. at ſi id quod communiter fieri ſolet, tibi proponebas, nondum aut laeſus es, aut impeditus etiam. mentis utique propria quae ſunt, nemo alius impedire ſolet. hanc enim nec ignis, nec ferrum, nec tyrannus, nec vituperium, nec aliud quidlibet attingit, ubi facta fuerit ſphaerae inſtar,
42 teres tota atque rotunda. Indignum cenſeo, ut me ipſe vexem, qui neminem unquam volens vexa-
43 rim. Alia oblectant alios. me vero, ſi mentem ſanam habuerim, quae nec hominem quenquam, aut humanum quicquam averſetur; ſed quicquid obvenit, oculo benigno aſpiciat excipiatque, et pro ſui
44 exiſtimatione ſingulis utatur. Hoc ipſum quod jam adeſt, tempus tibimet fac impertias. qui famam poſthumam affectant potius, non cogitant, alios quoſdam ejuſmodi fore *poſteros* illos, quales iſti ſunt,

quos

quos nunc gravatim ferunt. ſed et utrique ſunt mortales. quid autem tua intereſt ſi vocibus iſtiuſmodi adſtrepuerint illi tibi, aut exiſtimationem hanc vel illam de te habuerint. Tolle me, et quocunque 45
libuerit projice. etenim illic quoque genium meum habiturus ſum propitium placidumque; hoc nempe contentum, ſi pro conditionis ſuae officio habere ſe agereque poſſit. num hoc tanti eſt, ut hac de cauſſa anima mea male ſe habeat, ac deterior fiat, dum † deprimitur, extenditur, confunditur, conſternatur? ecquid reperiam, quod tanti ſit? Nihil homini 46
cuiquam contingere poteſt, quod non humanus ſit caſus; nec bovi, quod non bovis ſit; nec viti, quod non vitis ſit; nec lapidi, quod non lapidis ipſius ſit. ſi ergo contingit id cuique, quod et uſui et naturae ejus eſt conſentaneum, quid eſt, aegre quod fer..? neque enim quicquam tibi tuliſſet natura communis, quod ferri non poſſet. Siqua te angit res exter- 47
na, non eſt ea ipſa, quae moleſtiam faceſſit tibi, ſed tuum ipſius de ea re judicium. hoc autem ſtatim delere in te ſitum eſt. ſiquid vero in *interna animi* diſpoſitione te angit, quis prohibere poteſt, quo minus opinionem tuam corrigas? pari modo, ſi anxium te habet, quia hoc aut illud quod rectum tibi videtur, non facis, cur non facere potius quam angi velis? ſed obſtat, inquis, valentius aliquid. nihil eſt ergo quod anxius ſis. neque enim non agendi cauſſa in te eſt. ſed nec vivere tanti eſt, ni id fiat. excede ergo è vita aequo animo, quo modo excederes ſi id agere daretur, ſimul etiam obſtantibus ipſis propitius. Me- 48
mineris inexpugnabilem fieri mentem, quando in ſe contracta, ipſa ſe contenta manet, dummodo nil faciat quod ipſa nolit, tametſi non ratione, ſed obſtinatione mera inſtructa ſit. quid ergo futurum eſt, ſi ratione in conſilium adhibita, conſiderate de re aliqua ſententiam tulerit? propterea arx eſt quaedam mens perturbationibus immunis. neque enim aliud ullum

habet

κοντες, ȣ̓ λογίζονται, ὅτι ἄλλοι τοιȣ̃τοι μέλλȣσιν ἐκεῖνοι
εἶναι, οἷοί εἰσιν ȣ̓τοι ȣ̓ς [1] βαρȣ̃ν· κἀκεῖνοι δὲ θνητοί.
τί δὲ ὅλως πρὸς σὲ, ἂν ἐκεῖνοι φωναῖς τοιαύταις ἀ-
45 πηχῶσιν, ἢ ὑπόληψιν τοιαύτην περί σȣ ἔχωσιν. Α-
ρόν με καὶ βάλλȣ ὅπȣ θέλεις. ἐκεῖ γὰρ ἕξω τὸν ἐμὸν
δαίμονα ἵλεων, τȣ̃τ' ἔστιν, ἀρκȣ́μενον εἰ ἔχοι καὶ ἐνερ-
γοίη κατὰ τὸ ἑξῆς τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ. ἆρα τȣ̃το ἄ-
ξιον, ἵνα δι' αὐτὸ κακῶς μȣ ἔχῃ ψυχὴ, καὶ χεῖρον ἑαυ-
τῆς ἦ, [2] ταπεινȣμένη, ὀρεγομένη, [3] συνδυομένη, πτυρο-
46 μένη; καὶ τί ἐρήσεις τȣ́τȣ ἄξιον; Ανθρώπῳ ȣ̓δενὶ συμ-
βαίνειν τι δύνατο, ὃ ȣ̓κ ἔστιν ἀνθρωπικὸν σύμπτομα· ȣ̓δὲ
βοΐ, ὃ ȣ̓κ ἔστι βοϊκόν· ȣ̓δὲ ἀμπέλῳ, ὃ ȣ̓κ ἔστιν ἀμπελικόν·
ȣ̓δὲ λίθῳ, ὃ ȣ̓κ ἔστι λίθῳ ἴδιον. εἰ ȣ̓ν ἑκάστῳ συμβαίνει, ὃ
καὶ εἴωθεν, καὶ πέφυκεν, τί ἂν δυσχεραίνοις; ȣ̓ γὰρ ἀφόρητόν
47 σοι ἔφερεν ἡ κοινὴ φύσις. Εἰ μὲν διά τι τῶν ἐκτὸς
λυπῇ, ȣ̓κ ἐκεῖνό σοι ἐνοχλεῖ, ἀλλὰ τὸ σὸν περὶ αὐτȣ̃
κρίμα. τȣ̃το δὲ ἤδη ἐξαλεῖψαι ἐπί σοι ἐστίν. εἰ δὲ λυ-
πεῖ σέ τι τῶν ἐν τῇ σῇ διαθέσει, τίς ὁ κωλύων διορ-
θῶσαι τὸ δόγμα; ὅμως δὲ καὶ εἰ λυπῇ, ὅτι ȣ̓χὶ τὸ δέ
τι ἐνεργεῖς ὑγιές σοι φαινόμενον, τί ȣ̓χὶ μᾶλλον ἐ-
νεργεῖς, ἢ λυπῇ; ἀλλὰ ἰσχυρότερόν τι ἐνίστατο· μὴ ȣ̓ν
λυπȣ̃· ȣ̓ γὰρ παρά σε ἡ αἰτία τȣ̃ μὴ ἐνεργεῖσθαι. ἀλ-
λὰ ȣ̓κ ἄξιον ζῆν, μὴ ἐνεργȣμένȣ τȣ́τȣ. ἄπιθι ȣ̓ν ἐκ
τȣ̃ ζῆν ἐμενὴς, [4] ἢ καὶ ὁ ἐνεργῶν ἀποθνήσκει, ἅμα ἵλεως
48 τοῖς ἐνισταμένοις. Μέμνησο, ὅτι ἀκαταμάχητο γί-
νεται τὸ ἡγεμονικὸν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφὲν ἀρκεσ-
θῇ ἑαυτῷ, μὴ ποιȣ̃ντι ὃ μὴ θέλει, κἂν ἀλόγως [5] πα-
ρατάξηται. τί ȣ̓ν ὅταν καὶ μετὰ λόγȣ περιεσκεμμένως
κρίνη περί τινος; διὰ τȣ̃το ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ ἐλευθέρα
παθῶν διάνοια· ȣ̓δὲν γὰρ ὀχυρώτερον ἔχει ἄνθρωπος,

ἐφ' ὃ καταφυγὼν ἀνάλωτος λοιπὸν ἂν εἴη· ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο, ἀμαθής· ὁ δὲ ἑωρακὼς καὶ μὴ καταφεύγων, ἀτυχής. Μηδὲν πλέον ἑαυτῷ λέγε, 49
ὧν αἱ φησιν φαντασίαι ἀναγγέλλουσιν· οὐ γὰρ ἐλήλυθεν· ἀναγγελθήτω. ὅτι ὁ δεινά σε κακῶς λέγει. οὐ γὰρ ἐλήλυθεν. τοῦτο. τὸ δὲ, ὅτι βέβλαπται, οὐκ οὐ γὰρ ἐλήλυθεν· βλέπω, ὅτι νοσεῖ τὸ παιδίον; βλέπω. ὅτι δὲ κινδυνεύει, οὐ βλέπω. οὕτως οὖν μεῖνε ἀεὶ ἐπὶ τῶν πρώτων φαντασιῶν, καὶ μηδὲν αὐτὸς ἔνδοθεν ἐπίλεγε, καὶ οὐδέν σοι γίνεται· μᾶλλον δὲ ἐπίλεγε, ὡς γνωρίζων ἕκαστα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συμβαινόντων. Σίκυος πικρός· ἄφες. βάτοι ἐν τῇ ὁδῷ· 50
ἔκκλινον. ἀρκεῖ. μὴ φησεπείπῃς, τί δὴ καὶ ἐγένετο ταῦτα ἐν τῷ κόσμῳ; ἐπεὶ καταγελασθήσῃ ὑπὸ ἀνθρώπου φυσιολόγου, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τέκτονος καὶ σκυτέως γελασθείης, καταγινώσκων, ὅτι ἐν τῷ ἐργασηρίῳ ξέσματα καὶ περιμήματα τῶν κατασκαζομένων ὁρᾷς. καί τοι ἐκεῖνοί γε ἔχουσι τοῦ αὐτὰ ῥίψωσιν· ἡ δὲ τῶν ὅλων φύσις, ἔξω οὐδὲν ἔχει· ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταύτης ἐστὶν, ὅτι περιορίσασα ἑαυτὴν, σῶν τὸ ἔνδον διαφθείρεσθαι καὶ γηράσκειν καὶ ἄχρηστον εἶναι δοκοῦν, εἰς ἑαυτὴν μεταβάλλει, καὶ ὅτι πάλιν ἄλλα νεαρὰ ἐκ τούτων αὐτῶν ποιεῖ· ἵνα μήτε ὑσίας ἔξωθεν χρήζῃ, μήτε ὅπου ἐκβάλῃ τὰ σαπρότερα φησδέν). ἀρκεῖται οὖν καὶ χώρᾳ τῇ ἑαυτῆς, καὶ ὕλῃ τῇ ἑαυτῆς, καὶ τέχνῃ τῇ ἰδίᾳ. Μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν [1] ἐπισύρειν· μήτε ἐν 51
ταῖς ὁμιλίαις φύρειν· μήτε ἐν ταῖς φαντασίαις ἀλᾶσθαι· μήτε τῇ ψυχῇ καθάπαξ συνέλκεσθαι ἢ ἐκθόρυβεῖσθαι· μήτε ἐν τῷ βίῳ ἀχολεῖσθαι. κλείουσι, [2] χρεανομοῦσι, καλάμης ἐλαύνουσι, τί οὖν ταῦτα φησὶ τὸ τὴν διάνοιαν μοῦσαν καθαρὰν, φρονήσεως, σώφρονα, δικαίαν;

οἷον

habet homo hoc validius communitum *praesidium*, ad quod ubi confugerit, in nullius potestatem possit deinceps venire. hoc qui non videt, imperitus; qui videt,
49 nec eo recipit se, infelix *est*. Nihil ulterius tecum reputa, quam quod visa primario renunciaverint. nunciatur tibi, hunc vel illum tibi conviciatum. hoc nunciatum est. non et illud, laesum esse te. video, puerulum aegrotare, hoc video. at periclitari, non video. hoc igitur modo in primo visis consiste semper, nec amplius quicquam eis à te intus adjicias, et nihil tibi accidit, *quod commoveat te*. vel adjicias potius aliquid, ut qui rerum omnium, quae in mundo
50 isto contingunt, naturam perspectam habeas. Amarus est cucumis: mitte. vepres in via: declina. sufficit. ne pergas dicere, *Quare autem in mundo ista sint?* ludibrio enim futurus es homini scientiae naturalis perito, perinde ac fabro aut sutori, si huic vitio verteres, quod eorum quae conficit ramenta ac segmenta in officina ejus cerneres. et illi tamen quo projiciant habent: cum universi natura nihil extra se habeat: sed, quod in hac ejus arte maxime mireris, cum se certis terminis circumscripserit, quicquid intra se corrumpi, senescere, ac inutile fieri videtur, in semet convertit, aliaque ex his ipsis nova producit. adeo ut nec materia extranea opus habeat, nec quo putrefacta projiciat, desideret. ita contenta manet et loco suo, et materia sua, et arte
51 sibi propria. Nec in actionibus languidus; nec in congressibus turbidus sis; nec in cogitationibus vagus; nec anima praeceps abreptus et temere exsiliens; nec in vita multis implicitus negotiis. occidunt, concidunt, diris *te* devovent. quid haec obstant, quo minus mentem serves puram, prudentem, sobriam, justam? quemadmodum siquis fonti astans

limpido ac dulci, conviciis eum inceſſerit, at ille nihilominus laticem potui accommodum fundere non ceſſat. quin et ſi lutum quis ſimumque injecerit, diſperget cito diluetque eum, nec eodem inquinabitur. quomodo ergo fieri poteſt, ut fontem perennem in te, non puteum habeas? ſi uſu aſſiduo libertatem cum aequanimitate, ſimplicitate, modeſtia, quaſi nativam tibi reddideris. Qui neſcit eſſe mundum, 52
ubi ſit neſcit. qui neſcit, ad quid natus ſit, nec quis ipſe, nec quid mundus ſit, novit. qui autem in horum alterutro deficit, nec ad quid ipſe natus ſit, dicere poteſt. qualis ergo tibi videtur is, qui vanos hominum eorum plauſus vel averſatur vel aucupatur, qui nec ubi ſint, nec qui ſint ipſi, norunt? Num 53
in votis habes ab eo laudari, qui intra horulae ſpatium ter ſemet execratur? num ei ſtudes placere, qui nec ſibi ipſe placet? aut quomodo ſibi placet, quem omnium fere, quae facit ipſe, poenitet? *Curae* 54
tibi deinceps ſit, non tam cum aëre ambiente te conſpirare, quam menti cuncta ambienti conſentire. neque enim minus vis illa intellectualis ubique diffuſa eſt et permeat cuivis expoſita, qui attrahere eam poteſt, quam aëria cuilibet qui reſpirationis eſt compos. Generatim malitia mundo non obeſt. par- 55
ticulatim nec alteri cuiquam. huic tantum eſt noxia, cui conceſſum eſt ab ea immunem eſſe, quandocunque id ipſe voluerit. Arbitrio meo ex aequo res 56
indifferens eſt arbitrium vicini mei, atque animula aut caruncula ejus. etiamſi enim quam maxime alter alterius cauſſa mutuo nati ſimus, mentium tamen noſtrarum cuilibet peculiaris ſua conſtat poteſtas. alioqui vicini mei malitia malum me faceret: id quod Deo non eſt viſum, ne alieni arbitrii eſſet miſerum me facere. Sol defundi videtur, et ubique qui- 57
dem

οἷον εἴ τις παραστὰς πηγῇ διαυγεῖ καὶ γλυκείᾳ, βλασφημοίη αὐτὴν, ἡ δὲ οὐ παύεται πότιμον ἀναβλύουσα· κἂν πηλὸν ἐμβάλῃ, κἂν κοπρίαν, τάχιστα διαχεδάσει αὐτὰ, καὶ ἐκκλύσει, καὶ οὐδαμῶς βαφήσεται. πῶς οὖν πηγὴν ἀένναον ἕξεις, καὶ μὴ φρέαρ; [1] φύου σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν, μετὰ τοῦ εὐμενῶς, καὶ ἁπλῶς, καὶ
52 αἰδημόνως. [2] Ὁ μὲν μὴ εἰδὼς ὅτι ἔστι κόσμος, οὐκ οἶδεν ὅπου ἐστίν. ὁ δὲ μὴ εἰδὼς πρὸς ὅ, τι πέφυκεν, οὐκ οἶδεν ὅστις ἐστὶν, οὐδὲ τί ἐστὶ κόσμος. ὁ δὲ ἕν τι τούτων ἀπολιπὼν, οὐδὲ πρὸς ὅ, τι αὐτὸς πέφυκεν εἴποι. τίς οὖν φαίνεταί σοι ὁ τὸν τῶν κροτούντων ἔπαινον [3] φεύγων ἡ δίων, [ἢ] οἳ οὐδ' ὅπου εἰσὶν, οὔτε οἵ τινές εἰσι γινώσκουσι;
53 Επαινεῖσθαι θέλεις ὑπὸ ἀνθρώπου, τρὶς τῆς ὥρας ἑαυτῷ καταρωμένου; ἀρέσκειν θέλεις ἀνθρώπῳ, ὃς οὐκ ἀρέσκει ἑαυτῷ; ἀρέσκει ἑαυτῷ, ὁ μετανοῶν ἐφ' ἅπασι
54 σχεδὸν οἷς πράσσει; Μηκέτι μόνον συμπνεῖν τῷ περιέχοντι ἀέρι, ἀλλὰ ἤδη καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντα νοερῷ. οὐ γὰρ ἧττον [4] ἡ νοερὰ δύναμις πάντῃ κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε τῷ σπᾶσαι δυναμένῳ,
55 ἤπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ. Γενικῶς μὲν, ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον. ἡ δὲ κατὰ μέρος, οὐδὲν βλάπτει τὸν ἕτερον. [5] μόνῳ δὲ βλαβερά ἐστι τούτῳ, ᾧ ἐπιτέτραπται καὶ ἀπηλλάχθαι αὐτῆς,
56 ὁπόταν πρῶτος οὕτως θελήσῃ. Τῷ ἐμῷ προαιρετικῷ τὸ τοῦ πλησίον προαιρετικὸν ἐπίσης ἀδιάφορόν ἐστιν, ὡς καὶ τὸ πνευμάτιον αὐτοῦ, καὶ τὸ σαρκίδιον. καὶ γὰρ εἰ ὅτι μάλιστα ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν, ὅμως τὰ ἡγεμονικὰ ἡμῶν ἕκαστον τὴν ἰδίαν κυρίαν ἔχει· ἐπεί τοι ἔμελλεν ἡ τοῦ πλησίον κακία ἐμοῦ κακὸν εἶναι· ὅπερ οὐκ ἔδοξε τῷ θεῷ, ἵνα μὴ ἐπ' ἄλλῳ ᾖ τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν.

O

Ο ἥλιος καλαχεχύσθαι δοκεῖ, καὶ σάλῃ γε κέχυ-
μὴν ἐκκέχυ). ἡ γὰ χύσις αὕτη τάσις ἐσίν. [1] ἀκτῖνες 57
γῶν αἱ αὐγαὶ αὐτῦ, ἀπὸ τῦ ἐκλείνεσθαι λέγον).
ὁποῖ-
ον δέ τι ἐσὶν ἀκτὶς, ἴδοις ἂν εἰ διά τινος σενῦ εἰς ἐσκι-
ασμῶον οἶκον τὸ ἀφ' ἡλίυ φῶς εἰσδυόμῶον θεάσαιο·
γίνε) γὰ κατ' ἄθυ, ἢ ὥσπερ διαῤῥεῖται δὴ σρὸς τὸ
σερέμνιον, ὅ, τι ἂν ἀπαντήσῃ, διεῖργον τὸν ἐπέκεινα ἀ-
έρα· ἐνταῦθα δὲ ἔσῃ, ἢ ὑ καλῶλιωθεν, ὐδὲ ἔπεσε. τοι-
αὐτην ὖν τὴν [2] λύσιν ἢ διάχυσιν τῆς διανοίας εἶναι
χρὴ, μηδαμῶς ἔκχυσιν, ἀλλὰ τάσιν, ἢ σρὸς τὰ ἀ-
παντῶντα κωλύματα, μὴ βίαιον μηδὲ ῥαγδαίαν τὴν
ἐπέρεισιν σοιεῖσθαι· μηδὲ μὲν καλαπίπτειν, ἀλλὰ ἵ-
σασθαι, ἢ ἐπιλάμπειν τὸ δεχόμῶον. [3] αὐτὸ γὰ ἑαυτὸ
σερήσει τῆς αὐγῆς, τὸ μὴ σαραπέμπον αὐτήν. Ο 58
τὸν θάνατον φοβύμῶος, [4] ἤτοι ἀναισθησίαν φοβεῖται,
ἢ ἄισθησιν ἑτεροίαν. ἀλλ' εἴτε ὑκέτι ἄισθησιν, ὐδὲ κα-
κῦ τινος αἰσθήσῃ· εἴτε ἀλλοιοτέραν ἄισθησιν κτήσῃ, ἀλ-
λοῖον ζῶον ἔσῃ, καὶ ζῆν ὐ σαύσῃ. Οἱ ἄνθρωποι 59
γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. δίδασκε ὖν, ἢ φέρε. Αλ- 60
λως βέλος, ἄλλως νῦς φέρε)· ὁ μέν τοι νῦς, ἢ ὅταν
[5] ἁλαβῆται, ἢ ὅταν σερὶ τὴν χέψιν σρέφε), [6] φέρε)
κατ' ἄθυ ὐδὲν ἧτον, ἢ ἐπὶ τὸ σροκείμῶον. Εἰ- 61
σιέναι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἑκάσυ· [7] σαρέχει δὲ ἢ ἑτέρῳ
σαντὶ εἰσιέναι εἰς τὸ ἑαυτῦ ἡγεμονικόν.

dem diffunditur, nec effunditur tamen. illa enim diffusio est extensio tantum. itaque ab extendendo radii ejus nomen sortiti sunt. cujusmodi vero res sit radius, perspicere licet, si per angustum aliquod *foramen* lumen à Sole profectum in domicilium tenebricosum subingredi videris. recta enim procedit, et † refringitur quodammodo, ubi corpus aliquod solidum occurrerit, quod aërem ultra non admittit: ibi autem consistit, et nec delabitur, nec decidit. talem ergo mentis solutionem et diffusionem esse oportet, non effusionem utique, sed extensionem, quaeque adversus obvia quaelibet impedimenta non violentam et impetuosam collisionem adhibeat: nec etiam decidat, sed consistat, et illustret quicquid *eam* admiserit. privabit enim semet splendore illius, siquis eam non
58 transmiserit. Qui mortem formidat, vel sensus exstinctionem, vel aliusmodi aliquem sensum formidat. atqui, si sensum nullum prorsus *habueris*, nec mali quicquam sensurus es; sin sensum aliusmodi, a-
59 nimal aliusmodi futurus es, nec vivere desines. Homines alter alterius causa nati sumus. itaque aut do-
60 ce, aut sustine. Aliter sagitta, aliter mens fertur. mens enim tam cum cavet, quam cum considerat, recta fertur, nec minus ad scopum sibi propositum
61 tendit. In mentem alterius cujusque descende: sed et in tuam ipsius descendere quemlibet patere.

LIBER

LIBER IX.

QUI injuſte agit, impie agit. cum enim univerſi 1
natura animalia rationalia ſui invicem gratia condiderit, ut ſibi invicem pro cujuſque dignitate proſint, nec ulla ratione ſibi invicem obſint; qui naturae placitum hoc violat, impie prorſus agit adverſus numinum omnium antiquiſſimum. etenim univerſi natura, rerum eſt omnium natura. omnia autem quae exiſtunt, neceſſitudine quadam mutua ſunt ſibi invicem conjuncta. ſed et eadem, *quae natura*, veritas quoque nuncupatur; eſtque prima omnium, quae vera ſunt, cauſſa. itaque qui ſciens volens mentitur, impie agit, in quantum fallendo injuſte agit; qui nolens neſciuſque, in quantum univerſae naturae diſſentit, et in quantum mundi ordinem pulchre compoſitum infringit, dum mundi naturae adverſatur. adverſatur enim, qui, quantum in ſe eſt, ad ea quae veritati adverſa ſunt, fertur. à natura ſiquidem ſubſidia jam olim acceperat, quibus neglectis factum eſt, ut falſa à veris nunc dignoſcere nequeat. Quin etiam, qui voluptates, tanquam quae ſint bona, ſectatur, dolores, tanquam quae mala ſint, fugit, impie hic quoque agit. neceſſe eſt enim, ut is qui ſic affectus fuerit, de rerum natura ſaepe conqueratur, quaſi ea bonis maliſque praeter meritum utriuſque aliquid attribuat; cum mali ſaepenumero voluptatibus diffluant, eiſque rebus, quibus eae comparantur, abundent; boni contra in dolore varſentur, atque in caſus ejuſmodi, qui dolorem ſolent parere, incidant. adhaec, qui dolorem timet, eorum aliquid timebit, quae in mundo neceſſario futura ſunt: hoc eſt autem impium. et qui voluptatem ſectatur, injuriam inferendo non abſtinebit:

hoc

ΒΙΒΛΙΟΝ Θ'.

1 Ο ἀδικῶν, ἀσεβεῖ. τῆς γὰρ τῶν ὅλων φύσεως κατεσκευακυίας τὰ λογικὰ ζῶα ἕνεκεν ἀλλήλων, ὥστε ὠφελεῖν μὲν ἄλληλα κατ' ἀξίαν, βλάπτειν δὲ μηδαμῶς· ὁ τὸ βούλημα ταύτης παραβαίνων, ἀσεβεῖ δηλονότι εἰς [1] τὴν πρεσβυτάτην τῶν θεῶν. ἡ γὰρ τῶν ὅλων φύσις, ὅλων ἐστὶ φύσις. τὰ δέ γε ὅλα πρὸς τὰ [3] ὑπάρχοντα πάντα οἰκείως ἔχει. ἔτι δὲ καὶ ἀλήθεια αὐτὴ ὀνομάζεται, καὶ τῶν ἀληθῶν ἁπάντων πρώτη αἰτία ἐστίν. ὁ μὲν οὖν ἑκὼν ψεύδομενος ἀσεβεῖ, καθόσον ἐξαπατῶν ἀδικεῖ· ὁ δὲ ἄκων, καθόσον διαφωνεῖ τῇ τῶν ὅλων φύσει, καὶ καθόσον ἀκοσμεῖ, μαχόμενος τῇ τοῦ κόσμου φύσει· μάχεται γὰρ ὁ ἐπὶ τἀναντία τοῖς ἀληθέσι φερόμενος παρ' ἑαυτόν. [4] ἀφορμὰς γὰρ προειληφὼς παρὰ τῆς φύσεως, ὧν ἀμελήσας οὐκ οἷός τέ ἐστι νῦν διακρίνειν τὰ ψεύδη ἀπὸ τῶν ἀληθῶν. καὶ μὴν ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰς διώκων, τοὺς δὲ πόνους ὡς κακὰ φεύγων, ἀσεβεῖ. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον μέμφεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ φύσει, ὡς παρ' ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ τοῖς φαύλοις, καὶ τοῖς πονηροῖς· διὰ τὸ πολλάκις τοὺς μὲν φαύλους ἐν ἡδοναῖς εἶναι, καὶ τὰ ποιητικὰ τούτων κτᾶσθαι· τοὺς δὲ πονηροὺς, πόνῳ, καὶ τοῖς ποιητικοῖς τούτου περιπίπτειν. ἔτι δὲ ὁ φοβούμενος τοὺς πόνους, φοβηθήσεταί πού τι τῶν ἐσομένων ἐν τῷ κόσμῳ· τοῦτο δὲ ἤδη ἀσεβές. ὅ, τε διώκων τὰς ἡδονὰς, οὐκ ἀφέξεται τοῦ ἀδικεῖν· τοῦτο δὲ ἐνεργῶς

ἀσεβές. χρὴ δὲ πρὸς ἃ ἡ κοινὴ φύσις ἐπίσης ἔχει (ἃ γὰρ ἀμφότερα ἐποίει, εἰ μὴ πρὸς ἀμφότερα ἐπίσης εἶχε) πρὸς ταῦτα καὶ τὰς τῇ φύσει βυλομένας ἕπεσθαι ὁμολογώμονας ὅλας, ἐπίσης διακεῖσθαι. ὅσις ἂν πρὸς πόνους, καὶ ἡδονάς, ἢ θανάτον καὶ ζωήν, ἢ δόξαν καὶ ἀδοξίαν, οἷς ἐπίσης ἡ τῶν ὅλων φύσις χρῆται, αὐτὸς ἂν ἐπίσης ἔχοι, δῆλον ὡς ἀσεβεῖ. λέγω δὲ τὸ χρῆσθαι τούτοις ἐπίσης τὴν κοινὴν φύσιν, ἀντὶ τοῦ καλὰ τὸ συμβαίνειν ἐπίσης καλὰ τὸ ἐξῆς γινομένοις, καὶ ἐπιγινομένοις ὁρμῇ τινι ἀρχαίᾳ τῆς προνοίας, καθ' ἣν ἀπό τινος ἀρχῆς ὥρμησεν ἐπὶ τήνδε τὴν διακόσμησιν, συλλαβοῦσά τινας λόγους τῶν ἐσομένων, καὶ δυνάμεις γονίμους ἀφορίσασα, ὑποστάσεών τε, καὶ μεταβολῶν, καὶ διαδοχῶν τοιούτων. [1] Χαριέστερα μὲν ἦν ἀνδρὸς ἄ- 2
γαστον φιλοσοφίας, καὶ πάσης ὑποκρίσεως καὶ τρυφῆς καὶ τύφου γυμνόμενον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν. τὸ δ' ὅμως κορεσθέντα γε τούτων ἀποπνεῦσαι, [2] δεύτερος πλοῦς, [3] ἢ προῃρῆσθαι προσκαθῆσθαι τῇ κακίᾳ. καὶ ὅπως μὲ δὲ ἡ πεῖρα πείθει φεύγειν ἐκ τοῦ λοιμοῦ; λοιμὸς γὰρ διαφθορὰ διανοίας. πολλῷ γε μᾶλλον ἢπερ ἡ τοῦ περιέχοντος τούτου πανάμαλος τοιάδε τις δυσκρασία καὶ τροπή. αὕτη μὲν γὰρ ζώων λοιμὸς, καθὸ ζῶά ἐσιν· ἐκείνη δὲ ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποί εἰσιν. Μὴ καταφρόνει θανά- 3
του, ἀλλὰ διάρεσει αὐτῷ, ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος, ὧν ἡ φύσις ἐθέλει. οἷον γὰρ ἐσι τὸ νεάσαι, καὶ τὸ γηράσαι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τὸ ἀκμάσαι, καὶ ὀδόντας, καὶ γένειον, καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν, καὶ πεῖραι, καὶ κυοφορῆσαι, καὶ ἀποκυῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσιν, τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι. τοῦτο μὲν οὖν καλὰ ἄνθρωπον ἐσι λελογισμένον, μὴ

ὁλοχε-

hoc autem aperte impium. oportet autem, ad quae rerum natura ex aequo ſe habet (nec feciſſet utique utraque, niſi ad utraque ſe ex aequo haberet) adverſus haec eadem eum pariter eſſe ex aequo affectum, qui naturae ductum ſequi deſiderat, quo naturae conſentire poſſit. quicunque ergo adverſus dolorem et voluptatem, vel mortem et vitam, vel gloriam et ignominiam, ad quae rerum natura ex aequo ſe habet, non ex aequo afficitur, impie hunc agere liquido conſtat. per hoc autem quod dicitur univerſi naturam iſtis ex aequo uti, intelligo iſta ex aequo evenire ex ſerie quadam rerum prodeuntium ſibique invicem ſuccedentium juxta antiquiſſimum quendam providentiae motum, quo à principio illa ad hanc rerum omnium ordinationem et adornationem ſe contulit, cum rationes quaſdam rerum futurarum apud ſe concepiſſet, et facultates quaſdam exſiſtentiarum, tranſmutationum, et ſucceſſionum iſtiuſmodi foecundas diſcre-
2 viſſet. Gratius equidem foret, ut prius defungeretur quiſpiam, quam mendacitatem, ſimulationem, luxum, faſtum delibaſſet. ſecundus autem ab hoc gradus, horum ſatur ſaltem ut emori praeoptet quam, improbitati immorari. an nondum experientia tibi ipſa ſuadet, ut è peſte iſta profugias? peſtis eſt enim, mentis corruptio, *et pernicioſa* quidem magis ea, quam aëris hujus circumfuſi intemperies et alteratio *ejuſmodi*. haec enim animalium, qua ſunt animalia;
3 illa hominum lues eſt, qua ſunt homines. Mortem noli contemnere, ſed animo lubenti excipe, tanquam ex eorum quae natura vult, numero quod ſit. cujuſmodi enim res eſt, adoleſcere, ſeneſcere, creſcere, adultum eſſe, dentire, barbatum eſſe, caneſcere, ſerere, praegnantem eſſe, parere, aliaque id genus opera naturalia, quae vitae tuae ſecum ferunt aetates, ejuſmodi plane res eſt et diſſolvi. hominis eſt igitur

conſiderati, nec temerarie, nec impetuoſae, nec faſtuoſe adverſus mortem ſe gerere: ſed tanquam opus naturale, eam praeſtolari: quo modo nunc praeſtolaris, donec uxoris tuae utero foetus prodeat, ita exſpectanda eſt hora, qua animula tua involucro iſti excidet. ſi autem vulgare vis pharmacum, quod cor tamen attingat, morti facilem cum primis praeſtabit te, ſi conſideraveris res ſubjectas à quibus morte divelleris, moreſque *hominum* quales ſint quibus anima tua ulterius non immiſcebitur. *etiamſi* enim offendi eis te neutiquam oportet, ſed curare eos, placideque ferre; meminiſſe tamen licuerit, quod ab hominibus haud idem quod tu ſentientibus diſceſſurus es. hoc enim ſolum, ſiquid aliud, nos retraheret et in vita retineret, ſi cum eadem ſentientibus vitam degere daretur. nunc autem vides, quanta moleſtia, ex diſſenſu mutuo eorum quibuſcum vivitur, oriatur. ut dicere liceat, *propere accedas ô mors; nequando etiam ipſe obliviſcar mei.* Qui peccat, ſibimet ipſi 4
peccat. qui injuſte agit, ſibi nocet, dum ſe malum facit. Saepenumero contingit ut injuſte agat, tam 5
qui non facit aliquid, quam et qui facit. Si adſit 6
certa de rebus ſententia, et actio ſocietatem humanam ſpectans, et animus ita affectus, ut boni conſulat omnia quae à ſuprema cauſa proficiſcuntur, ſufficit. Imaginationes abſterge; motus com- 7
peſce; appetitionem exſtingue; mentem in poteſtate ſui contine. In animantia irrationalia, anima una 8
diſtribuitur; in rationalia vero anima una ratione praedita diſpertitur. quemadmodum et terreſtrium omnium una eſt terra; unaque luce cernimus omnes, et aëre uno ſpiramus, quotquot viſus vitaeque participes ſumus. Quaecunque aliquid in commune 9
participant, ad id quod eſt generis ejuſdem prompte feruntur.

ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὡςικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν· ἀλλὰ περιμένειν ὡς μίαν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν· ὡς νῦν περιμένεις, πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαςρὸς τῆς γυναικός (ου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν (ου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικὸν [1] παράπτυμα ἀψικάρδιον θέλεις, μάλιςά (ε εὔκολον πρὸς τὸν θάνατον ποιήσει, ἡ ἐπίςασις ἡ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα, ὧν μέλλεις ἀφίςασθαι, καὶ μεθ' οἵων ἠθῶν οὐκέτι ἔςαι [2] ἡ ἐμπεφυρμένη. προσκόπτεσθαι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἥκιςα δεῖ, ἀλλὰ καὶ κήδεσθαι καὶ πρᾴως φέρειν· μεμνῆσθαι μέντοι ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων (οι ἡ ἀπαλλαγὴ ἔςαι. τοῦτο γὰρ μόνον, εἴ περ ἄρα, ἀνθεῖλκεν ἂν καὶ κατεῖχεν ἐν τῷ ζῆν, εἰ (υζῆν ἐφεῖτο τοῖς τὰ [3] τοιαῦτα δόγματα περιπεποιημένοις. νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅσος ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς (υμβιώσεως, ὥςε εἰπεῖν, θᾶττον ἔλθῃς, ὦ θάνατε, μή που καὶ αὐτὸς ἐπι-
4 λάθωμαι ἐμαυτοῦ. Ο ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει.
5 ὁ ἀδικῶν ἑαυτὸν κακοῖ, κακὸν ἑαυτὸν ποιῶν. Αδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι, οὐν μόνον ὁ ποιῶν τι.
6 Αρκεῖ ἡ παροῦσα ὑπόληψις καταληπτικὴ, καὶ ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνικὴ, καὶ ἡ παροῦσα διάθεσις εὐαρεςικὴ [4] πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας (υμβαῖ-
7 νον. Εξαλεῖψα φαντασίαν· ςῆσαι ὁρμήν· σβέσαι
8 ὄρεξιν· ἐφ' ἑαυτῷ ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν. Εἰς μὲν τὰ ἄλογα ζῶα, μία ψυχὴ διῄρηται· εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. ὥσπερ καὶ μία γῆ ἐςὶν ἁπάντων τῶν γεωδῶν, καὶ ἑνὶ φωτὶ ὁρῶμεν, καὶ ἕνα ἀέρα
9 ἀναπνέομεν, [5] ὅσα ὁρατικὰ καὶ ἔμψυχα πάντα. Οσα κοινοῦ τινος μετέχει, πρὸς τὸ ὁμογενὲς σπεύδει. τὸ

γεῶδες

γεώδες πᾶν ῥέπει ἐπὶ γῆν, τὸ ὑγρὸν πᾶν σύῤῥυν, τὸ ἀερῶδες ὁμοίως· ὥστε χρήζειν τῆς διειργόντων καὶ βίας. τὸ πῦρ ἀνωφερὲς μὲν, διὰ τὸ στοιχειῶδες πῦρ· παντὶ δὲ πυρὶ ἐνταῦθα πρὸς τὸ συνεξάπτεσθαι ἕτοιμον ὄντως, ὥστε καὶ πᾶν τὸ ὑλικὸν τὸ ὀλίγῳ ξηρότερον, εὐέξαπτον εἶναι, διὰ τὸ ἔλαττον ἐγκεκρᾶσθαι αὐτῷ τὸ κωλυτικὸν πρὸς ἔξαψιν. καὶ τοίνυν πᾶν τὸ κοινῆς νοερᾶς φύσεως μέτοχον, πρὸς τὸ συγγενὲς ὁμοίως πέφυκεν, ἢ καὶ μᾶλλον. ὅσῳ γὰρ ἐστι κρεῖττον παρὰ τὰ ἄλλα, τοσούτῳ καὶ πρὸς τὸ συγκιρνᾶσθαι τῷ οἰκείῳ καὶ συγκεῖσθαι ἑτοιμότερον. ἀθυς γοῦν ἐπὶ μὲν τῆς ἀλόγων ἀρήθη σμήνη, καὶ ἀγέλαι, καὶ νεοσοτροφίαι, καὶ [1] οἷον ἔρωτες. ψυχαὶ γὰρ ἤδη ἦσαν ἐνταῦθα, καὶ τὸ συναγωγὸν [2] ἐν τῷ κρείττονι ἐπιπνεύμενον ἀρίσκετο, οἷον ὅτε ἐπὶ φυτῶν ἦν, ὅτε ἐπὶ λίθων, ἢ ξύλων. ἐπὶ δὲ τῆς λογικῶν ζώων, πολιτείαι, καὶ φιλίαι, καὶ οἶκοι, καὶ σύλλογοι, καὶ ἐν πολέμοις συνθῆκαι καὶ ἀνοχαί. ἐπὶ δὲ τῆς ἔτι κρειττόνων, [3] καὶ ἐκδιεσηκότων τρόπον τινὰ ἕνωσις ὑπέρη, οἷα ἐπὶ τῶν ἄστρων. οὕτως ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανάβασις συμπάθειαν, καὶ ἐν διεσῶσιν ἐργάσασθαι ἐδύνατο. ὅρα οὖν τὸ νῦν γινόμενον. μόνα γὰρ τὰ νοερὰ νῦν ἐπιλέλησται τῆς πρὸς ἄλληλα πτώσεως καὶ συννεύσεως, καὶ τὸ σύῤῥυν ὧδε μόνον οὐ βλέπει. [4] ἀλλ' ὅμως καί τοι φεύγοντες περιχαλαμβάνονται· κρατεῖ γὰρ ἡ φύσις. ὅψει δὲ ὃ λέγω παραφυλάσσων. θᾶττον γοῦν εὕροι τις ἂν γεώδές τι μηδενὸς γεώδους προσαπτόμενον, ἢπερ ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ ἀπεχισμένον. Φέρε 10 καρπὸν, καὶ ἄνθρωπος, καὶ θεὸς καὶ ὁ κόσμος· ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἕκαστα φέρει. εἰ δὲ ἡ συνήθεια κυρίως [5] τέτροφεν ἐπὶ ἀμπέλου καὶ τῆς ὁμοίων, οὐδὲν τοῦτο. ὁ

λόγος

feruntur. ad terram mole ſua fertur terreſtre quodvis; in idem confluit humidum omne; et aëreum itidem quodcunque: ut neceſſe ſit vi aliqua intercludi ea, *id ne faciant*. ſurſum fertur ignis ob ignem elementarem: cum omni vero, qui iſtic eſt, igni adeo ſimul accendi proclivis eſt, ut materia omnis ſiccior paulo incendi prompta admodum ſit, eo quod minus ſibi admixtum habeat. quod incendium prohibeat. proinde et quicquid naturae intellectualis eſt in commune particeps, ad ſibi cognatum pariter, vel multo magis etiam, prompte fertur. quo eſt enim rebus aliis praeſtantius, hoc eſt promptius ei quod ſui generis eſt commiſceri, et cum eo quodammodo coaleſcere. hinc apud irrationalia exſiſtunt examina, armenta, pullorum educationes, et quaſi amores *quidam*. etenim iſtis animae inſunt; itaque in ſubjecto praeſtantiori vis illa in unum conducendi conciliandique intenſior reperitur, quam in ſtirpibus, lapidibus, aut lignis. hinc et in rationalibus, reſpublicae, amicitiae, familiae, concilia; item belli tempore foedera, et induciae. quin et in praeſtantioribus adhuc, licet modo quodam à ſe invicem diſſitis, in aſtris nempe, unio tamen quaedam exſiſtit. ita ſortis praeſtantioris eminentia etiam in diſtantibus affectionem ad ſe invicem mutuam producere valuit. vide interim quo res redierit. ſola enim rationalia mutui hujus in ſe invicem ſtudii ac conſenſus nunc ſunt oblita: confluxuſque ille apud iſta ſola non cernitur. veruntamen, fugiant licet hoc homines, undique occupantur: praevalet enim natura. obſervando autem id, quod loquor, comperies. facilius enim quis terreni quippiam terrenae rei nulli adjunctum repererit, quam hominem ab homine *omni* prorſus ſejunctum.
10 Fructum fert et homo, et Deus, et mundus: et in propria tempeſtate fert horum unumquodque. etiamſi autem uſus formulam hanc loquendi viti ac ſimilibus

prae-

praecipuae attribuerit, nihil tamen hoc *obſtat quo minus et de illis dicatur*. ratio vero fructum habet et communem et proprium: oriunturque ex ea alia ejuſmodi, cujuſmodi ipſa eſt ratio. *Peccantem*, ſi 11
potes, meliora doceto. ſi minus, memineris, hoc fine clementiam tibi datam eſſe; nam et Dii *ipſi* adverſus tales clementer ſe gerunt. in quibuſdam etiam opem eis porrigunt ſuam, ad ſanitatem *nempe*, divitias, gloriam *conſequendam*: adeo benigni exiſtunt. *idem* et 12
tibi licet *facere*: aut dicas, quis te prohibeat? Laborem ſuſtine, non ut miſer, nec quo miſerationi vel admirationi ſis aliis. ſed hoc unum velis, ita moveri motumve ſiſtere, prout ratio civilis exigit. Ho- 13
die moleſtia me omni exemi. vel potius moleſtiam a me omnem abjeci. neque enim extra, ſed intra me, in opinione mea exſiſtebat. Eadem ſunt omnia, uſu 14
familiaria, tempore diaria, materia ſordida. praeſentia omnia, qualia apud illos quos ſepelivimus. Res 15
ipſae foris apud ſemet conſiſtunt; nec de ſe quicquam aut norunt, aut narrant nobis. quid ergo de eis pronunciat? mens. Non in paſſione, ſed actione, ſi- 16
tum eſt rationalis ac civilis animantis bonum malumque; quo modo nec virtus vitiumve illius in paſſione, ſed in actione conſiſtit. Lapidi projecto nihil eſt 17
mali, quod deorſum feratur; quod ſurſum, nihil boni. Mentes hominum penitius introſpice, et vide- 18
bis, quos judices pertimeſcas, quales etiam de ſemet judices ſint. In tranſmutatione univerſa *exſiſtunt*. 19
tu quoque in jugi alteratione, et corruptione quadam verſaris; et mundus *tecum* univerſus. Quod alteri 20
delictum eſt, apud eum relinquendum eſt. Actio- 21
nis terminatio, intentionis aut opinationis ceſſatio, mors eidem eſt quaedam: *veruntamen* nihil *in ſe* mali *habet*. ad aetates tranſi, puerilem puta, adoleſcentiam, juvenilem, ſenilem. et harum mutatio omnis

λόγος δὲ, καὶ κοινὸν, καὶ ἴδιον καρπὸν ἔχει· καὶ γίνεται ἐξ
αὐτοῦ τοιαῦθ' ἕτερα, ὁποῖόν τι αὐτός ἐστιν ὁ λόγος.
11 Εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε. εἰ δὲ μὴ, μέμνησο, ὅ-
τι πρὸς τοῦτο ἡ εὐμενειά (οι δέδοται)· καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐ-
μενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰσίν. εἰς ἔνια δὲ καὶ συνεργοῦσιν,
εἰς ὑγιειαν, εἰς πλοῦτον, εἰς δόξαν· οὕτως εἰσὶ χρηστοί.
12 ἔξεστι δὲ καὶ (οί· εἰ εἰπὲ, τίς ὁ κωλύων. Πόνει μὴ
ὡς ἄθλιος, μηδὲ ὡς ἐλεεῖσθαι ἢ θαυμάζεσθαι θέλων.
ἀλλὰ μόνον ἓν θέλε, κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι, ὡς ὁ πολι-
13 τικὸς λόγος ἀξιοῖ. Σήμερον ἐξῆλθον πάσης [2] πε-
ριστάσεως· μᾶλλον δὲ ἐξέβαλον πᾶσαν περίστασιν. ἔξω
14 γὰρ οὐκ ἦν, ἀλλὰ ἔνδον ἐν ταῖς ὑπολήψεσι. Πάντα
[3] ταῦτα (υνήθη μὲν τῇ πείρᾳ· ἐφήμερα δὲ τῷ χρόνῳ·
ῥυπαρὰ δὲ τῇ ὕλῃ. πάντα νῦν, οἷα ἐπ' ἐκείνων οὓς κα-
15 τεθάψαμεν. Τὰ πράγματα ἔξω θυρῶν ἕστηκεν,
αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν, μηδὲν μήτε εἰδότα περὶ [4] αὐτῶν,
μήτε ἀποφαινόμενα. τί οὖν ἀποφαίνεται περὶ αὐτῶν;
16 τὸ ἡγεμονικόν. Οὐκ ἐν πείσει, ἀλλ' ἐνεργείᾳ τὸ τοῦ
λογικοῦ πολιτικοῦ ζώου κακὸν καὶ ἀγαθὸν, ὥσπερ οὐδὲ ἡ
17 ἀρετὴ καὶ κακία αὐτοῦ ἐν πείσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ. Τῷ
ἀναῤῥιφθέντι λίθῳ οὐδὲν κακὸν τὸ κατενεχθῆναι, οὐδὲ
18 ἀγαθὸν τὸ ἀνενεχθῆναι. Δίελθε ἔσω εἰς τὰ ἡγε-
μονικὰ αὐτῶν, καὶ ὄψει τίνας κριτὰς φοβῇ, οἵους καὶ
19 περὶ [5] αὐτῶν ὄντας κριτάς. Πάντα ἐν μεταβολῇ.
καὶ αὐτὸς σὺ ἐν διηνεκεῖ ἀλλοιώσει, καὶ κατά τι φθορᾷ·
20 καὶ ὁ κόσμος δὲ ὅλος. Τὸ ἄλλου ἁμάρτημα, ἐκεῖ δεῖ
21 καταλιπεῖν. Ενεργείας ἀπόληξις, ὁρμῆς, ὑπολή-
ψεως παῦλα, καὶ οἷον θάνατος, οὐδὲν κακόν. μέτιθι νῦν
ἐπὶ ἡλικίαν, οἷον τὴν παιδικὴν, τὴν τοῦ μειρακίου, τὴν
νεότητα, τὸ γῆρας· καὶ γὰρ τούτων πᾶσα μεταβολὴ,

θάνατος· μήτι δεινὸν; μέτιθι νῦν ἐπὶ βίον τὸν ὑπὸ τῷ πάππῳ, εἶτα τὸν ὑπὸ τῇ μητρὶ, εἶτα τὸν ὑπὸ τῷ πατρί· καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς διαφορὰς καὶ μεταβολὰς καὶ ἀπολήξεις εὑρίσκων, ἐπερώτα σεαυτὸν, μήτι δεινόν. οὕτως τοίνυν οὐδὲ ἡ τοῦ ὅλου σου βίου λῆξις, καὶ παῦλα, καὶ μεταβολή. [1] Τρέχε ἐπὶ τὸ σεαυτοῦ ἡγε- 22
μονικὸν, καὶ τὸ τοῦ ὅλου, καὶ τὸ τούτου. τὸ μὲν σεαυτοῦ, ἵνα νοῦν δικαϊκὸν αὐτὸ ποιήσῃ· τὸ δὲ τοῦ ὅλου, ἵνα συμμνημονεύσῃς τίνος μέρος εἶ· τὸ δὲ τούτου, ἵνα ἐπιστήσῃς πότερον ἄγνοια, ἢ γνώμη, καὶ ἅμα λογίσῃ ὅτι συγγενές. Ὥσπερ αὐτὸς σὺ πολιτικοῦ συστήματος 23
συμπληρωτικὸς εἶ, οὕτως καὶ πᾶσα πρᾶξίς σου συμπληρωτικὴ ἔστω ζωῆς πολιτικῆς. [2] ἥτις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, εἴτε προσεχῶς, εἴτε πόῤῥωθεν ἐπὶ τὸ κοινονικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι, καὶ στασιώδης ἐστὶν, ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ' αὑτὸν μέρος διϊστάμενος ἀπὸ τῆς τοιαύτης συμφωνίας. Παιδίων ὀργαὶ, καὶ παίγνια, καὶ πνευμά- 24
τια νεκροὺς βαστάζοντα, [3] ὥστε ἐνεργέστερον προσπεσεῖν τὸ τῆς νεκυίας. Ἰθι ἐπὶ τὴν ποιότητα τοῦ αἰτίου, καὶ 25
ἀπὸ τοῦ ὑλικοῦ αὐτὸ περιγράψας θεάσαι· εἶτα καὶ τὸν χρόνον περιόρισον, ὅσον πλεῖστον ὑφίστασθαι πέφυκε τοῦτο τὸ ἰδίως ποιόν. Ἀνέτλης μυρία, διὰ τὸ 26
μὴ ἀρκεῖσθαι τῷ σῷ ἡγεμονικῷ [4] ποιοῦ τι ταῦτα οἷα κατεσκεύασται· [5] ἀλλὰ ἅλις. Ὅταν ἄλλος ψέγῃ 27
σε, ἢ μισῇ, ἢ τοιαῦτά τινα [6] ἐκφωνῶσιν, ἔρχου ἐπὶ τὰ ψυχάρια αὐτῶν, δίελθε ἔσω, καὶ ἴδε ποῖοί τινες εἰσίν. ὄψει ὅτι οὐ δεῖ σε σπᾶσθαι, ἵνα τούτοις τί ποτε περί σου δοκῇ. εὐνοιεῖν μέν τοι αὐτοῖς δεῖ· φύσει γὰρ φίλοι. καὶ οἱ θεοὶ δὲ παντοίως αὐτοῖς βοηθοῦσι, δι' ὀνείρων, διὰ

μαν-

omnis mors *eſt* quaedam. *ſed* nunquid grave? tranſi rurſus ad aetatem ſub avo, tum ſub matre, mox ſub patre tranſactam: cumque alias haud paucas differentias mutationeſque deprehenderis, interroga te ecquid in his grave ſit. pari igitur modo nec *grave quicquam* in vitae totius terminatione, ceſſatione, muta-
22 tione. Recurrito ad mentem tuam, ad univerſi, ad *delinquentis* cujuſvis. ad tuam, ut ipſam juſtam exhibeas: ad univerſi, ut recorderis, cujuſnam ſis pars: ad delinquentis cujuſvis, ut conſideres, inſcius an conſulto deliquerit; cogiteſque ſimul eſſe tibi cognatum.
23 Sicut ipſe es ad coetum civilem complendum conſtitutus, ita actio tua quaevis ad vitam ejuſmodi conſummendam referatur. quaecunque igitur actio tua ad finem hunc vel immediate vel mediate non tendit, ita vitam tuam divellit, nec unam eandemque eſſe patitur, et eſt ſeditioſa, perinde ac in populo ille, qui factionis ſuae homines à conſenſione iſtiuſmodi in
24 partes trahit. Puerulorum rixae, et ludicra, et animulae cadavera geſtantes; ut vehementius afficiat
25 quod in mortualibus exhibetur. Formae qualitatem animo adi; et à materia abſtractam contemplare: tum et tempus tecum definito ad quod plurimum
26 res ſic affecta perdurare poſſit. Innumera perpeſſus es, quia non didiciſti mente tua contentus eſſe agente ea ad quae condita eſt, ſed ad alia eadem ab-
27 uteris. Ubi te alii vituperaverint, vel oderint, vel ejuſmodi aliquid oblocuti fuerint, adi animulas eorum, penitius introſpice cujuſmodi ſint. *facile* videbis, nihil eſſe quod te angat, quicquid illi de te judicent. bene velle tamen illis oportet: ſunt enim natura amici. quin et Dii ipſi omnimodam illis opem ferunt, per inſomnia, per vaticinia, etiam in eis ad
28 quae feruntur illi. Eadam plane ſunt mundana omnia, ſurſum deorſum, à ſeculo ad ſeculum, in or-

bem redeuntia. mens autem univerſi vel ad ſingula quaeque ſe promovet: quod ſi fuerit, ad quod illa ſe promoverit, tu excipe. vel ſemel operi ſe admovit; reliqua vero per conſequentiam neceſſariam *à primis illis ita profluunt*, ut ſerie quadam continua unum quiddam conſtituant. vel atomi et corpora indiviſibilia *pro rerum principiis habenda erunt*. denique ſi quis Deus *eſt*, omnia bene ſe habent: ſive temere *ferantur*, tu ne temere *feraris*: mox futurum eſt ut tellus nos omnes condat: dein et ipſa *in alia* mutabitur: et iſta in infinitum mutabuntur: et iſta rurſus in infinitum. ſiquidem qui mutationes et alterationes fluctuum inſtar ſibi invicem ſupervenientes, et viciſſitudinum harum celeritatem conſideraverit, nae ille mortale quicquid eſt deſpectui habebit. Torrentis eſt inſtar rerum natura: omnia *ſecum* abripit. 29
quam viles autem ſunt et muci pleni, etiam politici iſti, et, ut ipſis videtur, philoſophice ſe gerentes homunculi? id agis, ô homo, quod nunc te poſcit natura. aggredere, quatenus tibi datur; nec circumſpice, num quis adſit, qui advertat: nec Platonis rempublicam exſpecta. verum ſufficiat tibi, ſi vel parum admodum res proceſſerit; nec vel hoc ipſum parvum quiddam exiſtimaveris. nam dogmata hominum quis mutaverit? et tamen abſque his mutatis, quid aliud ſupererit, niſi ingemiſcentiam, dum obſequium ſimulant, ſervitus? age nunc, atque Alexandrum, Philippum, Demetrium Phalereum mihi refer. viderint illi, an quid natura communis poſcat, norint, et ad hujus dictamen ſeſe inſtituerint. ſin tragice ſemet oſtentarint, quis ad illorum imitationem me addixit? ſimplex quiddam et modeſtum eſt philoſophiae opus. noli me ad faſtum inſolentem abducere. Intuere de- 30
ſuper armenta innumerabilia, et ritus innumerabiles, et navigationis omne genus, in procellis, in tranquillo mari, et rerum praeteritarum, praeſentium, decedentium

μαντειῶν, πρὸς ταῦτα μέν τοι, πρὸς ἃ ἐκεῖνοι [1] δια-
28 φέρονται. [2] Ταῦτά ἐστι τά τοῦ κόσμου ἐγκύκλια, ἄνω
κάτω, ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα. καὶ ἤτοι ἐφ' ἕκαστον ὁρμᾷ
ἡ τοῦ ὅλου διάνοια· ὅπερ εἴ ἐστιν, ἀποδέχου τὸ ἐκείνης
ὁρμητόν. [3] ἡ ἅπαξ ὥρμησε, τὰ δὲ λοιπὰ κατ' ἐπακο-
λούθησιν [4] καὶ τί ἓν τίνι. τρόπον γὰρ τινα ἄτομοι, ἢ ἀ-
μερῆ· τὸ δὲ ὅλον, εἴ τις θεὸς, εὖ ἔχει πάντα· εἴτε
τὸ εἰκῇ, μὴ καὶ (υ εἰκῇ· ἤδη πάντας ἡμᾶς γῆ κα-
λύψει· ἔπειτα καὶ αὐτὴ μεταβαλεῖ· κἀκεῖνα εἰς ἄπει-
ρον μεταβαλεῖ· καὶ πάλιν ἐκεῖνα εἰς ἄπειρον. τὰς γὰρ
ἐπικυματώσεις τῶν μεταβολῶν καὶ ἀλλοιώσεων ἐνθυμού-
μενός τις, καὶ τὸ τάχος, παντὸς θνητοῦ καταφρονήσει.
29 Χειμάῤῥους ἡ τῶν ὅλων αἰτία· πάντα φέρει. ὡς ἐ-
τελῆ δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ ταῦτα, καὶ, [7] ὡς οἴεται, φιλοσό-
φως πρακτικὰ [8] ἀνθρώπεια, [9] μυξῶν μεστά; ἄνθρω-
πε, τί ποτε ποίησον, ὃ νῦν ἡ φύσις ἀπαιτεῖ. ὅρμη-
σον, ἐὰν διδῶται, καὶ μὴ περιβλέπου, εἴ τις εἴσεται·
[10] μηδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἔλπιζε· ἀλλὰ ἀρ-
κοῦ, εἰ τὸ βραχύτατον πρόεισι· καὶ τούτου αὐτοῦ τὴν ἔκ-
βασιν, [11] ὡς οὐ μικρόν τί ἐστι, διανοοῦ. δόγμα γὰρ αὐτῶν
τίς μεταβάλλει; χωρὶς δὲ δογμάτων μεταβολῆς, τί
ἄλλο ἢ δουλεία στενόντων, καὶ πείθεσθαι προσποιουμένων;
[12] ὕπαγε νῦν καὶ Αλέξανδρον, καὶ Φίλιππον, καὶ [13] Δη-
μήτριον τὸν Φαληρέα μοι λέγε. ὄψονται, εἰ εἶδον, τί
ἡ κοινὴ φύσις ἤθελε, καὶ ἑαυτοὺς ἐπαιδαγώγησαν. εἰ δὲ
ἐτραγῴδησαν, οὐδείς με κατακέκρικε μιμεῖσθαι. ἁ-
πλοῦν ἐστι καὶ αἰδῆμον τὸ φιλοσοφίας ἔργον. μή με ἄ-
30 παγε ἐπὶ (εμνοτυφίαν. Ανωθεν ἐπιθεωρεῖν ἀγέ-
λας μυρίας, καὶ τελετὰς μυρίας, καὶ πλοῦν παντοῖον ἐν
χειμῶσι καὶ γαλήναις, καὶ διαφορὰς γινομένων, (υγγι-
νομένων,

νομένων, ἀπογινομένων. ἐπινόει δὲ καὶ τὸν ὑπ' ἄλ-
λων πάλαι βεβιωμένον βίον, τὸν μετά σε βιωθησό-
μενον, καὶ τὸν νῦν ἐν τοῖς βαρβάροις ἔθνεσι βιού-
μενον· καὶ ὅσοι μὲν οὐδὲ ὄνομά σου γινώσκουσιν, ὅσοι
δὲ τάχιστα ἐπιλήσονται, ὅσοι δὲ ἐπαινοῦντες ἴσως νῦν
σε τάχιστα ψέξουσι· καὶ ὡς οὔτε ἡ μνήμη ἀξιόλογόν
γε οὔτε ἡ δόξα, οὔτε ἄλλό τι τὸ σύμπαν. Ατα- 31
ραξία μεν, περὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμ-
βαίνοντα. δικαιότης δὲ, ἐν τοῖς παρὰ τὴν ἐκ σοῦ αἰ-
τίαν ἐνεργουμένοις· τουτέστιν, ὁρμὴ καὶ πρᾶξις, κατα-
λήγουσα ἐπ' αὐτὸ τὸ κοινωνικῶς πρᾶξαι, ὡς τοῦτό σοι
κατὰ φύσιν ὄν. Πολλὰ περισσὰ περιελεῖν τῶν ἐνο- 32
χλούντων σοι δύνασαι, ὅλα ἐπὶ τῇ ὑπολήψει σου κεί-
μενα· καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν περιποιήσεις ἤδη σε-
αυτῷ, [1] τὸν ὅλον κόσμον περιειληφέναι τῇ γνώμῃ, καὶ
τὸν [2] ἴδιον αἰῶνα περινοεῖν, καὶ τὴν τοῦ κατὰ μέρος ἑ-
κάστου πράγματος ταχεῖαν μεταβολὴν ἐπινοεῖν, ὡς
βραχὺ μὲν τὸ ἀπὸ γενέσεως μέχρι διαλύσεως, ἀχα-
νὲς δὲ τὸ πρὸ τῆς γενέσεως, ὡς καὶ τὸ μετὰ τὴν διά-
λυσιν ὁμοίως ἄπειρον. Πάντα, ὅσα ὁρᾷς, τάχιστα 33
φθαρήσεται· καὶ οἱ φθειρόμενα αὐτὰ ἐπιδόντες, τάχιστα
καὶ αὐτοὶ φθαρήσονται. καὶ ὁ ἐσχατόγηρως ἀποθανὼν εἰς
ἴσον καταστήσεται τῷ προώρῳ. Τίνα τὰ ἡγεμονικὰ 34
τούτων, καὶ περὶ οἷα ἐσπουδάκασι, καὶ δι' οἷα [3] φιλοῦσι καὶ
τιμῶσι· γυμνὰ νόμιζε τὰ ψυχάρια αὐτῶν. ὅτε δο-
κοῦσι βλάπτειν ψέγοντες, ἢ ὠφελεῖν ἐξυμνοῦντες, ὅση οἴ-
ησις. Η ἀποβολὴ οὐδὲν ἄλλό ἐστιν, ἢ μεταβολή. 35
τούτῳ δὲ χαίρει ἡ τῶν ὅλων φύσις, καθ' ἣν πάντα κα-
λῶς γίνεται. ἐξ αἰῶνος ὁμοειδῶς ἐγίνετο, καὶ εἰς ἄπειρον
τοιαῦθ' ἕτερα ἔσται. τί οὖν λέγεις, ὅτι ἐγίνετό τε
πάντα,

dentium differentias. considera et vitam quae sub aliis olim est acta, quae post te erit transigenda, quaeque apud gentes barbaras jam agitur. et quam multi sint, qui nec norint nomen tuum, quam multi, qui mox ejusdem obliviscentur; quam multi, qui cum te nunc laudent, mox vituperaturi sint. quod denique, neque memoria, neque gloria, neque ejusmodi quicquam
31 aestimatione ulla dignum est. Mentis tranquillitas *tibi fit* in eis, quae ab externa caussa proficiscuntur. justitiae ratio in eis quae ab interna efficiuntur. hoc est, intentio tua actioque omnis hunc solum sibi finem propositum habeat, ut ad societatem humanam quod conducat fecerit, utpote quod naturae tuae consenta-
32 neum exsistat. Supervacanea multa, quae molestiam tibi pariunt, praecidere, cum in opinione tua tota sita sint, animumque angustiis exemptum plurimum dilatare poteris, si mundum totum et seculum in quo degis, mente complexus fueris, et rei cujusque sigillatim transmutationem celerem consideraveris, quamque exiguum temporis spatium inter ortum ejusdem et interitum intercedat; cum et immensum sit quod ortum praecesserit, et interminatum pariter, quod interitum
33 sit consecuturum. Corrumpentur brevi, quaecunque vides: corrumpentur brevi, et qui corrumpi haec vident. et qui senectute extrema confectus moritur, in eundem statum redigitur cum eo, qui immaturus
34 obiit. Animulas hominum nudas intuere, ut videas, quales mentes gerant, quibus rebus studeant, et quarum caussa *alios* diligunt ac honorent. tum quando vel vituperando obesse, vel laudando prodesse *cui-*
35 *quam* videntur, quanto cum fastu id faciant. Nihil est aliud amissio quam mutatio. hac autem gaudet natura, quae nihil non recte facit. ab aeterno ista pariter facta sunt; et in aeternum alia ejusmodi fient. ecquis ergo dixerit omnia et facta fuisse, et semper

factum

factum iri mala? nec penes Deos, qui tot fuerint, potentiam exſtitiſſe corrigendi iſta, quo minus mundus ad mala iſta addiceretur, quibus perpetim teneretur implicitus? Quam putida eſt ſubjecta rei 36
cuique materia? aqua, pulvis, oſſicula, ſordes: aut rurſus, calli terrae, marmora; ſedimenta, aurum, ac argentum; pili, veſtis; ſanguis, purpura; et ejuſmodi alia quaevis. etiam quod formae rationem obtinet, et ipſum aliud quiddam iſtiuſmodi eſt; et ex aliis in alia tranſit. Jam ſatis eſt vitae calamito- 37
ſae, et obmurmurationis, et nugarum. quid perturbaris? ecquid in his novi? quid te tandem percellit? num forma? hanc vide. num materia? et hanc. extra haec autem nihil eſt. quin erga Deos itaque tandem aliquando ſimplicior, meliuſque affectus ſis. perinde habet annis centum an tribus iſta noris. Si 38
quis deliquerit, penes ipſum eſt malum. fortaſſis autem nec deliquit. Vel ab una mente, quaſi fonte 39
communi, tanquam uni corpori ſuperveniunt univerſa: nec partem oportet de eis conqueri, quae à toto fiunt: vel atomi *obtinent*, nec aliud eſt quicquam cinnus et diſperſio temeraria. quid ergo perturbaris? num menti dices, mortua es, corrumperis, ſimulas, armentitia es, pecudis inſtar paſceris, in feram belluam tranſiiſti? Aut nihil poſſunt Dii, aut poſſunt. 40
ſi nihil poſſunt, cur precaris? ſi poſſunt, cur non hoc potius ab eis prece poſcis, nequid horum cupias, nequid de horum ullo anxius ſis, quam ut horum quicquam vel eveniat vel non eveniat? ſiquidem enim omnino hominibus opem ſuam conferre poſſunt, etiam ad haec poſſunt. ſed dices fortaſſe, Deos iſta in poteſtate tua poſuiſſe. an non ergo potius fuerit eis, quae in poteſtate tua ſunt, cum libertate uti, quam ad ea quae extra poteſtatem tuam ſunt cum ſervi-

tute

πάντα, [1] ὃ καὶ πάντα ἀεὶ κακῶς ἔσαι, καὶ ἀδεμία ἄρα δύναμις ἐν [2] τοσούτοις θεοῖς ἐξαρέθη ποτὲ ἡ διορθώσουσα ταῦτα, ἀλλὰ καταικέρκει ὁ κόσμος ἐν ἀδιαλείπ-
36 τοις κακοῖς συνέχεσθαι; Τὸ σαπρὸν τῆς ἑκάστῳ ὑποκειμένης ὕλης, ὕδωρ, κόνις, ὀστάρια, γράσος· ἢ πάλιν, ὤωροι γῆς τὰ μάρμαρα· καὶ [3] ὑποστάθμαι ὁ χρυσὸς, [4] ὁ ἄργυρος· καὶ τριχία ἡ ἐσθὴς· καὶ αἷμα ἡ πορφύρα· καὶ τὰ ἄλλα πάντα τοιαῦτα. καὶ [5] τὸ πνεῦμα τικὸν δὲ ἄλλο τοιοῦτον· ἐκ τούτων εἰς ταῦτα με-
37 βάλλον. Αλις τῦ ἀθλίυ βίυ, καὶ γογγυσμῦ, καὶ [6] πιθηκισμῦ. τί ταράσῃ; τί τούτων καινόν; τί σε ἐξίσησι; τὸ αἴτιον; ἴδε αὐτό. ἀλλ' ἡ ὕλη; ἴδε αὐτήν. ἔξω δὲ τούτων οὐδέν ἐσιν. ἀλλὰ καὶ [7] πρὸς τὰς θεὰς ἤδη ποτὲ ἁπλούστερος καὶ χρησότερος [8] γένυ. ἴσον τὸ ἑκατὸν
38 ἔτεσι, καὶ τὸ τρισὶ ταῦτα ἰσορῆσαι. Εἰ μὲν ἥμαρ-
39 τεν, ἐκεῖ τὸ κακόν. τάχα δ' οὐχ ἥμαρτεν. Ητοι ἀπὸ μιᾶς πηγῆς νοερᾶς πάντα, ὡς ἐνὶ σώματι, ἐπισυμβαίνῃ· καὶ οὐ δεῖ τὸ μέρος τοῖς ὑπὲρ τοῦ ὅλυ γινομένοις μέμφεσθαι· ἢ ἄτομοι, καὶ οὐδὲν ἄλλο, ἢ κυκεὼν καὶ σκεδασμός. [9] τί οὖν ταράσῃ; τῷ ἡγεμονικῷ λέγεις, τέθνηκας, ἔφθαρσαι, ὑποκρίνῃ, συναγελάζει,
τὴν διαρθροῖ, ἑαυτὴν ὁποίαν ἂν βάλῃ) ποιεῖ, τὸν καρπὸν ὃν φέρει αὐτὴ καρπῦται. (τὰς γὰρ τῶν φυτῶν καρπὰς, καὶ τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ζώων, ἄλλοι καρπῦνται.) τῦ ἰδίυ τέλυς τυγχάνῃ, ὅπυ ἂν τὸ τῦ βίυ πέρας ἐπισῇ. ὐχ ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήσεως καὶ ὑποκρίσεως καὶ τῶν τοιύτων ἀτελὴς γίνε) ἡ ὅλη πρᾶξις, ἐάν τι ἐγκόψῃ· ἀλλ' ἐπὶ παντὸς μέρυς, καὶ ὅπυ ἂν καταληφθῇ, πλήρες, καὶ ἀπροσδεὲς ἑαυτῇ τὸ προτεθὲν ποιεῖ· ὥστε εἰπεῖν, ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά. ἔτι δὲ περιέρχε) τὸν ὅλον κόσμον, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν κενὸν, καὶ τὸ χῆμα αὐτῦ, καὶ εἰς τὴν ἀπειρίαν τῦ αἰῶνος ἐκτείνε), καὶ [1] τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν ὅλων ἐμπεριλαμβάνῃ, καὶ περινοεῖ, καὶ θεωρεῖ, ὅτι ὐδὲν νεώτερον ὄψον) οἱ μεθ' ἡμᾶς, ὐδὲ περιττότερον εἶδον οἱ μετ' ἡμᾶς· ἀλλὰ τρόπον τινὰ ὁ τεσσαρακονταέτης, ἐὰν νῦν ὁποσονῦν ἔχῃ, πάντα τὰ γεγονότα, καὶ τὰ ἐσόμενα ἑώρακε κατὰ τὸ ὁμοειδές. ἴδιον δὲ λογικῆς ψυχῆς, καὶ τὸ φιλεῖν τὺς πλησίον, καὶ ἀλήθεια, καὶ αἰδὼς, καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῆς προτιμᾶν, ὅπερ ἴδιον καὶ νόμυ· ὕτως ἄρ' ὐδὲν διήνεγκε λόγος ὀρθὸς, καὶ λόγος δικαιοσύνης. Ὠδῆς ἐπιλεπτῦς, 2
καὶ ὀρχήσεως, καὶ παγκρατίυ καταφρονήσεις, ἐὰν τὴν μὲν ἐμμελῆ φωνὴν καταμερίσῃς εἰς ἕκαστον τῶν φθόγγων, καὶ καθ' ἕνα σύθην ἑαυτῦ, εἰ τύτυ ἥττων εἶ· διαπαπίσῃ γὰρ. ἐπὶ δὲ ὀρχήσεως τὸ ἀνάλογον ποιήσας καθ' ἑκάστην

κίνησιν

LIBER XI.

1 HAE ſunt animae ratione praeditae proprietates. ſe cernit, ſe fingit artatque, ut lubet, qualemque vult ipſa, facit: fructum, quem profert, ipſa carpit. cum arborum fructus, quodque iſtis in animalibus reſpondet, alii carpant. finem ſemper ſuum aſſequitur, ubicunque conſtiterit vitae terminus. neque *enim* ſic *ſe habet*, quo modo in ſaltando aut in fabulam agendo aliiſque ejuſmodi, in quibus, ſiquid incideris, actio tota fit mutila; ſed in quacunque parte, et ubicunque deprehenſa fuerit, quod praeceſſit plenum prorſus et perfectum ſibi facit: ut dicere liceat, *Ego quae mea ſunt, omnia habeo.* adhaec mundum totum pervagatur, et, quod ambit hunc, vacuum, figuramque ejuſdem contemplatur, et in aevi immenſitatem ſe porrigit, et univerſi per intervalla certa renovationem comprehendit et conſiderat; videtque *ſimul*, quod nihil novi viſuri ſint poſteri noſtri, ſicut nec amplius quicquam viderunt anteceſſores noſtri: ſed ita fit quodammodo, ut quadraginta annos qui egerit, mentem modo aliquam habuerit, et res geſtas animadverterit, ex uniformitatis ratione, et praeterita omnia et futura viderit. propria ſunt animae rationalis et iſta; proximos diligere, veracem et verecundam eſſe, nihil ſibi praeferre, quod et legis eſt proprium: ita inter rectam ratio-
2 nem et juſtitiae rationem nihil intereſt. Cantilenam jucundam, ſaltationem, pancratium contemnes, ſi voce concinna in ſonos ſingulos diviſa de his ſigillatim te percontatus fueris, *Num iſtud me victum habet?* erubeſces enim *id fateri.* de ſaltationis motibus geſtibuſque ſingulis, de pancratio itidem, ſi gemina

feceris,

feceris, futurum est ut pari modo adversus haec affi-
ciaris, itaque virtute sola accepta et virtutis actioni-
bus, in reliquis omnibus ad particulas seorsim consi-
deratas recurrere memento, ut ab harum disjunctione
res ipsas contemptum eas. hoc autem ipsum et ad vi-
tam totam transferas. Qualis est anima ea, quae 3
parata est jam statim, si oportuerit, è corpore emi-
grare, et vel exstingui, vel dispergi, vel permanere?
ita paratum dico, ut à judicio peculiari promptitudo
haec profluat, non ab obstinatione mera, pro Chri-
stianorum more: *ut mortem obeas* considerate, com-
posite, citra tumultum, quo et aliis idem suadere
possis. Nunquid feci, quod in commune conduca- 4
cat? beneficium hoc ipso accepi. hoc tibi semper
succurrat: nec desinas unquam. Quam artem pro- 5
fiteris? bene vivendi. hoc quo modo melius fit, quam
documentorum ope, quorum alia sint de universi na-
tura, alia de hominis conditione propria. Primo 6
tragoediae invectae sunt quae casuum et eventuum
hominum commonefacerent, quo et ista sic fieri nata
monerentur; nec quibus in scena oblectarentur, ea
in scena majori, gravatim sustinerent: cum viderint
non posse haec aliter transigi, et quod perferant ea
etiam illi qui exclamant, *Eheu, Cithaeron.* et revera
dicuntur à dramaticis poetis utiliter nonnulla. quale
illud est imprimis;

Si me meosque liberos Dii negligunt,
Hujus etiam constat ratio.

Et rursus,

Nam neutiquam hominem rebus irasci decet. Et,
Spicas velut frugiferas, sic vitam meti.

et caetera quae sunt ejusmodi tragoediae successit
vetus

κίνησιν ἢ σχέσιν. τὸ δ' αὐτὸ ϗ ἐπὶ τȣ̃ παγκρατίȣ. ὅλως ȣ̃ν χωρὶς ἀρετῆς ϗ τῶν ἀπ' ἀρετῆς, μέμνησο ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος τρέχειν, ϗ τῇ διαιρέσει αὐτῶν εἰς καταφρόνησιν ἰέναι· τὸ δ' αὐτὸ ϗ ἐπὶ τὸν βίον ὅλον
3 μετάφερε. Οἵα ἐστὶν ἡ ψυχὴ [1] ἡ ἕτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῆναι δέῃ τȣ̃ σώματος, ϗ ἤτοι σβεσθῆναι ἢ σκεδασθῆναι, ἢ συμμεῖναι; τὸ δε ἕτοιμον τȣ̃το, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἔρχηται, μὴ κατὰ ψιλὴν [2] παράταξιν, ὡς [3] οἱ Χριστιανοὶ, ἀλλὰ λελογισμένως, ϗ σεμνῶς, καὶ
4 ὥστε ϗ ἄλλον πεῖσαι, ἀτραγῴδως. Πεποίηκά τι κοινωνικῶς; ȣ̓κȣ̃ν ὠφέλημαι· τȣ̃το ἵνα ἀεὶ πρόχειρον
5 ἀπαντᾷ· ϗ μηδαμȣ̃ παύȣ. Τίς σȣ ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶναι. τȣ̃το δὲ πῶς καλῶς γίνεται, ἢ ἐκ θεωρημάτων, τῶν μεν περὶ τῆς τȣ̃ ὅλȣ φύσεως, τῶν δὲ πε-
6 ρὶ τῆς ἰδίας τȣ̃ ἀνθρώπȣ κατασκευῆς; Πρῶτον αἱ τραγῳδίαι παρήχθησαν ὑπομνηστικαὶ τῶν συμβαινόντων, ϗ ὅτι ταῦτα ȣ̓τω πέφυκε γίνεσθαι, ϗ ὅτι οἷς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγεῖσθε, τȣ́τοις μὴ ἄχθεσθε ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς. ὁρᾶτε γὰρ, ὅτι ȣ̓τω δεῖ πάντα περαίνεσθαι, ϗ ὅτι φέρȣσιν αὐτὰ ϗ οἱ κεκραγότες, [4] Ἰὼ Κιθαιρών. ϗ λέγεται δέ τινα ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιȣ́ντων χρησίμως. οἷόν ἐστιν ἐκεῖνο μάλιστα·

[5] Εἰ δ' ἐμελήθην ἐκ θεῶν ϗ παῖδ' ἐμὼ, Εχει λόγον ϗ τȣ̃το.

Καὶ πάλιν,

[6] Τοῖς πράγμασιν γὰρ ȣ̓χὶ θυμεῖσθαι. — Καὶ,
[7] Βίȣ θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

ϗ ὅσα τοιαῦτα, [8] μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία

κωμῳδίᾳ παρήχθη, παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα, καὶ τῆς ἀτυφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς εὐθυῤῥημοσύνης ὑπομιμνήσκουσα· πρὸς οἷόν τι καὶ Διογένης ταυτὶ παρελάμβανε. μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τί ποτε παρείληπται, [1] ἢ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ [2] μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπεῤῥύη, ἐπίστησον. ὅτι μὲν γὰρ λέγεται καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα, οὐκ ἀγνοεῖται· [3] ἀλλὰ ἡ ὅλη ἐπιβολὴ τῆς τοιαύτης ποιήσεως καὶ δραματουργίας πρὸς τίνα ποτὲ σκόπον ἀπέβλεψε. [4] Πῶς ἐναργὲς προσπίπτει τὸ μὴ 7
εἶναι ἄλλην βίου ὑπόθεσιν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν οὕτως ἐπιτήδειον, ὡς ταύτην ἐν ᾗ νῦν ὢν τυγχάνεις; Κλάδος 8
τοῦ προσεχοῦς κλάδου ἀποκοπεὶς, οὐ δύναται μὴ καὶ τοῦ ὅλου φυτοῦ ἀποκεκόφθαι. οὕτως δὴ καὶ ἄνθρωπος, ἑνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεῖς, ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε. κλάδον μὲν οὖν ἄλλος ἀποκόπτει· ἄνθρωπος δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ πλησίον χωρίζει, μισήσας καὶ ἀποτραφείς. ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ τοῦ ὅλου πολιτεύματος ἅμα ἀποτέτμηκεν ἑαυτόν. πλὴν ἐκεῖνό γε δῶρον τοῦ συστησαμένου τὴν κοινωνίαν Διός. ἔξεστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφῦναι τῷ προσεχεῖ, καὶ πάλιν τοῦ ὅλου συμπληρωτικοῖς γίνεσθαι. πλεονάκις μέν τοι γινόμενον τὸ κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν, δυσένωτον καὶ δυσαποκαθίστατον προχωροῦν ποιεῖ. ὅλως τε οὐχ ὅμοιος ὁ κλάδος ὁ ἀπ' ἀρχῆς συμβλαστήσας, καὶ σύμπνους συμμείνας, τῷ μετὰ τὴν ἀποκοπὴν αὖθις ἐγκεντρισθέντι. ὅ, τί ποτε λέγουσι οἱ φυτουργοὶ, [5] ὁμοθαμνεῖν μὲν, μὴ ὁμοδογματεῖν δέ. Οἱ ἐνιστάμενοι προϊόντι σοι κατὰ 9
τὸν ὀρθὸν λόγον, ὥσπερ ἀπὸ τῆς ὑγιοῦς πράξεως ἀποστρέψαι σε οὐ δυνήσονται, οὕτως μηδὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐμενείας ἐκκρουέτωσαν· ἀλλὰ φύλασσε ἑαυτὸν ἐπ' ἀμ-

φοτέρων

vetus comoedia, quae libertate magiſtrali inſtructa, nec obliqua ſed diſerta oratione uſa, faſtum dejicere non inepte ſatagebat: quo fine et Diogenes ex his quaedam adhibuit. conſidera et quae deinceps fuerit media comoedia, et quorſum tandem introducta ſit nova, quae in mimicum artificium paulatim defluxit. (nam et ab iſtis utilia dici nonnulla, nemo eſt qui neſciat.) ſed et quo ſpectet totum hoc poëſios hu-
7 juſmodi et fabularum agendi inſtitutum. Quam liquido compertum habes, nullum aliud vitae inſtitutum ad philoſophandum magis eſſe idoneum, quam
8 hoc in quo jam verſaris? Ramus à ramo, cui proxime adhaeſit, abſciſſus, non poteſt non à ſtirpe tota abſcindi. ad eundem modum ergo et homo ab homine quovis reſciſſus, communitate tota excidit. porro ramum alias abſcindit; homo vero ſe ipſe à proximo ſuo ſeparat, dum eum odit et averſatur: nec advertit interim, quod una ſemet à ſocietate civili tota abſciderit. veruntamen hoc à ſocietatis hujuſce conditore Jove indultum ſibi habet, quod ei liceat denuo coaleſcere, cui prius adhaeſerat, et ad univerſi complementum locum recuperare ſuum. quanquam hoc frequentius ſi fiat, diſſociatio iſtiuſmodi et difficilius reſarcitur, et reſtitutio aegre procedere conſuevit. omnino denique non pariter ſe habent ſurculi duo, quorum alter à prima germinatione cohaeſit, et cum ſtirpe reliqua conſtanter quaſi conſpiravit; alter poſt abſciſſionem inſertus eſt: quem plantarum cultores dicere ſolent *confruticari* quidem,
9 ſed non *configurari*. Qui ad rationis rectae normam progredienti obſiſtunt tibi, ſicut à recte agendo avertere te nequeunt, ita nec benevolum erga illos affectum excutiant tibi. ſed ad utrumque horum teneas te, ut et in judicio actioneque conſtanti perſiſtas, et in

manſuetudine erga illos, qui vel impedire te conantur, vel alio modo quopiam moleſti tibi ſunt. etenim tam hoc imbecillis eſt animi, ſuccenſere iſtis, quam ab actione deſiſtere, et conſternatum ſuccumbere. uterque enim ex aequo ſtationis deſertae reus eſt, et qui metu perculſus, et qui natura cognatum ſibi atque amicum fuerit averſatus. Nulla natura arte 10
inferior eſt. naturam enim imitantur artes. hoc ſi datur, ſequetur, naturam eam quae eſt conſummatiſſima, caeteraſque omnes in ſe complectitur, artificis ſolertiae neutiquam concedere. atqui in artibus omnibus deteriora quaeque praeſtantiorum gratia fiunt; à communi ergo natura hoc idem fit. atque hinc ſane juſtitia oritur: ab hac vero reliquae naſcuntur virtutes. neque enim quod eſt juſtum aequumque ſervabitur, ſi vel ad res medias anxie feramur, vel deceptu faciles et temerarii et inconſtantes fuerimus. Si, quarum perſecutio et fuga perturbat te, res eae 11
ad te non accedunt, ſed ad illas ipſe quodammodo accedis, cum ipſae interim immotae maneant; judicium proinde tuum de eis quieſcat, eaſque nec proſequeris amplius, nec fugies. Uniformis prorſus 12
eſt animae ſphaera, cum nec ad exterius quicquam ſe extendit, nec cum eodem ullo intus concurrit, nec conſidit et comprimitur, ſed lumine illo illuſtratur, quo veritatem, tum rerum omnium caeterarum, tum et in ipſa ſitam cernit. Contemnit me quiſquam? 13
ipſe viderit. ego mihi cavebo, nequid contemptu dignum vel egiſſe vel dixiſſe deprehendar. odit me *quiſquam?* ipſe viderit. at ego mitis *eſſe* ac benevolus cuique *pergam*; et huic etiam ipſi, errorem oſtendere promptus; neque id contumelioſe, neque ut qui patientiam oſtentare cupiam, ſed ingenue, benigne, quo modo Phocion ille, niſi ſi ſimulate agebat.

φοτέρων ὁμοίως, μὴ μόνον ἐπὶ τῆς ἐυσταθοῦς κρίσεως καὶ
πράξεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς πρὸς τοὺς κωλύειν ἐπιχει-
ροῦντας, ἢ ἄλλως δυσχεραίνοντας πραότητος. καὶ γὰρ τοῦτο
ἀσθενὲς, τὸ χαλεπάνειν αὐτοῖς, ὥσπερ τὸ ἀποστῆναι
τῆς πράξεως, καὶ ἐνδοῦναι καταπλαγέντα· ἀμφότεροι
γὰρ ἐπίσης λιποτάκτη, ὁ μὲν ὑποτρέσας, ὁ δὲ ἀλλοτριω-
10 θεὶς πρὸς τὸν φύσει συγγενῆ, καὶ φίλον. Οὐκ ἔστι
χείρων οὐδεμία φύσις τέχνης· καὶ γὰρ αἱ τέχναι τὰς
φύσεις μιμοῦνται· εἰ δὲ τοῦτο, ἡ πασῶν τῶν ἄλλων τε-
λειωτάτη καὶ περιληπτικωτάτη φύσις, οὐκ ἂν ἀπολεί-
ποιτο τῆς τεχνικῆς ἐυμηχανίας· πᾶσαι δέ γε τέχ-
ναι τῶν κρειττόνων ἕνεκεν τὰ χείρω ποιοῦσιν· οὐκοῦν καὶ
ἡ κοινὴ φύσις· [1] καὶ δὴ ἔνθεν μὲν γένεσις δικαιοσύνης,
[2] ἀπὸ δὲ ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὑφίσταντο· οὐ γὰρ τη-
ρηθήσεται τὸ δίκαιον, ἐὰν ἤτοι διαφερώμεθα πρὸς τὰ
μέσα, ἢ ἐυεξαπάτητοι καὶ προπτωτικοὶ καὶ μεταπτωτικοὶ
11 ὦμεν. Εἰ οὐκ ἔρχεται ἐπί σε τὰ πράγματα, ὧν αἱ
διώξεις καὶ φυγαὶ θορυβοῦσί σε, ἀλλὰ τρόπον τινὰ αὐ-
τὸς ἐπ' ἐκεῖνα ἔρχῃ· τό γοῦν κρίμα τὸ περὶ αὐτῶν,
ἡσυχαζέτω, [4] κἀκεῖνα μένει ἀτρεμοῦντα, καὶ οὔτε διώκων
12 οὔτε φεύγων ὀφθήσῃ. Σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδὴς, ὅ-
ταν μήτε ἐκτείνηται ἐπί τι, μήτι ἔσω συντρέχῃ, μήτε συνι-
ζάνῃ, ἀλλὰ φωτὶ λάμπηται, ὦ τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ τὴν πάν-
13 των, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ. Καταφρονήσει μου τίς; ὄψεται.
ἐγὼ δὲ ὄψομαι ἵνα μήτι καταφρονήσεως ἄξιον πράσ-
σων, ἢ λέγων εὑρίσκωμαι. μισήσει; ὄψεται. ἀλλὰ ἐγὼ
ἐυμενὴς καὶ εὔνους παντὶ, καὶ τούτῳ αὐτῷ ἕτοιμος τὸ
παρορώμενον δεῖξαι, οὐκ ὀνειδιστικῶς, οὐδὲ ὡς κατεπι-
δεικνύμενος ὅτι ἀνέχομαι, ἀλλὰ γνησίως καὶ χρήστως,
οἷος [6] ὁ Φωκίων ἐκεῖνος, εἴ γε μὴ προσεποιεῖτο. τὰ
ἔσω

ἔσω γὰρ δεῖ τοιαῦτα εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι
ἄνθρωπον πρὸς μηδὲν ἀγανακτικῶς διατιθέμενον, μη-
δὲ δεινοπαθοῦντα. τί γάρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς νῦν
[1] ποιεῖ τὸ [2] [ἐπὶ] τῇ φύσει σου οἰκεῖον; οὐ δέχῃ τὸ
νῦν τῇ τῶν ὅλων φύσει εὔκαιρον, ἄνθρωπος τεταγμέ-
νος πρὸς τὸ γίνεσθαι δι' ὅτου δὴ τὸ κοινῇ συμφέρον;
Αλλήλων καταφρονοῦντες, ἀλλήλοις ἀρεσκεύοντες, καὶ 14
ἀλλήλων ὑπερέχειν θέλοντες, ἀλλήλοις ὑποκατακλί-
νονται. Ως σαπρὸς καὶ κίβδηλος, ὁ λέγων ἐγὼ προῄ- 15
ρημαι ἁπλῶς σοι προσφέρεσθαι; τί ποιεῖς ἄνθρωπε;
τοῦτο οὐ δεῖ προλέγειν. [3] αὐτοῦ φανήσεται. ἐπὶ τοῦ μετώ-
που γεγράφθαι ὀφείλει εὐθὺς ἡ φωνή. [4] τοιοῦτον ἔχει,
εὐθὺς ἐν τοῖς ὄμμασιν ἐξέχει· ὡς τῶν ἐραστῶν ἐν τῷ
βλέμματι πάντα εὐθὺς γνωρίζει ὁ ἐρώμενος. τοιοῦτον
ὅλως δεῖ τὸν ἁπλοῦν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, οἷον γράσωνα, ἵνα
ὁ παραστὰς, ἅμα τῷ προσελθεῖν, θέλει οὐ θέλει, αἴσθηται.
ἐπιτήδευσις δὲ ἁπλότητος [5] σκάλμη ἐστὶν. οὐδέν ἐστιν αἴ-
σχιον [6] λυκοφιλίας. πάντων μάλιστα τοῦτο φεῦγε. ὁ ἀ-
γαθὸς, καὶ ἁπλοῦς, καὶ εὐμενὴς. ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχουσιν
ταῦτα, καὶ οὐ λανθάνει. Κάλλιστα [7] δὲ ζῆν, δύναμις 16
αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ, ἐὰν πρὸς τὰ ἀδιάφορα ἀδιαφορῇ·
ἀδιαφορήσει δὲ ἐὰν ἕκαστον αὐτῶν θεωρῇ διῃρημένως καὶ
ὁλικῶς· καὶ μεμνημένος, ὅτι οὐδὲν αὐτῶν ὑπόληψιν περὶ
αὐτοῦ ἡμῖν ἐμποιεῖ, οὐδὲ ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς· ἀλλὰ τὰ
μὲν ἀτρεμεῖ· ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν, οἱ τὰς περὶ αὐτῶν κρί-
σεις γεννῶντες, καὶ οἷον γράφοντες ἑαυτοῖς· ἐξὸν μὲν μὴ
γράφειν, ἐξὸν δὲ κἂν που λάθῃ, εὐθὺς ἐξαλεῖψαι. ὅτι
ὀλίγου χρόνου ἔσται ἡ τοιαύτη προσοχὴ, καὶ λοιπὸν πε-
παύσεται ὁ βίος. τί μέντοι δύσκολον καλῶς ἔχειν
ταῦτα; εἰ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶ, χαῖρε αὐτοῖς, καὶ

ῥᾴδια

bat. interius enim ita affectum esse oportet; ut ipsi Dii videant, hominem esse *te*, qui nihil quicquam indigne aegreve ferat. quid enim tibi mali *contigerit*, modo quod naturae tuae conveniat, id ipse facias? annon amplecteris, quod universi naturae nunc est tempestivum, cum homo sis ad hoc compositus positusque, ut id fieri, quocunque tandem modo, *velis*, 14 quod in commune conducat? Qui se invicem contemnunt, iidem et sibi invicem assentantur: quique se invicem transcendere cupiunt, sibi invicem se sub- 15 mittunt. Quam putidus et insincerus est, qui dicit, *Ego simpliciter tecum agere statui*. quid facis, mi homo? quid praedicere opus est? res ipsa appareat. fronti inscriptam statim oportuit vocem hanc, in oculis ipsis relucere statim, *quomodo animus se habeat:* sicut in amantis oculo cuncta statim dignoscit amasius. talem plane virum simplicem bonumque oportet esse, qualis is qui hircum olet; ut qui astiterit, simulac accesserit, velit nolit ipse, protinus persentiscat. simplicitatis vero affectatio tortuosa est. amicitia lupina nihil est foedius. hoc omnium maxime fugias. vir bonus, simplex, benevolus ita in oculis 16 gerit haec, ut neutiquam lateat. Optime vivendi facultas haec est in anima sita, si adversus res indifferentes indifferenter se habeat. indifferenter autem se habebit, si divisim et integre earum unamquamque consideraverit, simulque recordatus fuerit, quod nihil horum cogere nos potest, ut hoc vel illud de ipso opinemur; nec accedit ad nos, sed quiescit; nos autem sumus qui judicia de his proferimus atque nobis ipsis inscribimus, cum nec inscribere in nobis situm sit, et, si clanculum irrepserint, statim obliterare: quodque ad breve admodum tempus opus futurum est cautela hac; tum vita terminabitur. ecquid est autem in his difficile? siquidem enim naturae congrua sunt,

eis

eis oblecta te, et facilia futura ſunt. ſin praeter naturam, inveſtiga, quid ſit naturae tuae congruum, et ad hoc te accinge, etiamſi minus glorioſum ſit. venia enim cuique *habenda eſt*, qui bonum ſuum ſectatur. *Cogita tecum*, unde prodierit unumquodque, et ex 17
quibus conſiſtat, et in quid mutet, et ubi mutaverit, quare futurum ſit, et quod *mutando* mali nil patitur. *De eis qui adverſus te delinquunt cogita:* Primo, 18
quam relationem ad illos habeas quodque alteri alterius cauſſa nati ſumus. tu autem ſpeciali quadam ratione etiam illis praefectus, ut gregi aries, armento taurus. quin et altius rem repete: vel atomos *obtinere*, vel naturam univerſa diſponere. hoc ſi *eſt*, deteriora *conſtat* praeſtantiorum *cauſa eſſe condita*, praeſtantiora ſui invicem. Secundo *cogita*, quales ſint ad menſam, in lectulo, alibi. praeſertim vero, quas à decretis intus ſitis neceſſitates perpetiantur: quantaque cum prudentiae opinione haec ipſa, *in quibus delinquunt*, agant. Tertio, quod, ſi haec recte faciunt, aegre ferre non oportet: ſin minus, nolentes utique et neſcientes *agunt*. omnis etenim anima, prout veritate privatur invita, ſic etiam erga quemque pro dignitate cujuſque gerendi ſe peritia. itaque injuſtos, ingratos, avaros, vicinis injurios dici ſe non ſuſtinent. Quarto, quod et ipſe multa peccas, et alius ejuſmodi es plane, *quales illi ſunt*. atque etiamſi peccatis quibuſdam abſtineas, habes tamen *intra* te habitum *talia perpetrare proclivem*, licet vel ignaviae, vel famae, vel alius alicujus ratione à peccatis paribus te cohibeas. Quinto, quod nec an peccaverint etiam, noſti ſatis. multa enim, per diſpenſationem geruntur. atque omnino multa prius edocearis oportet, quam de facto alieno certi quicquam ſtatuere poſſis. Sexto, quando quam maxime indignaris, vel aegre fers, *memineris* momentaneam eſſe vitam humanam, omneſque nos brevi componendos fore. Septimo,

non

ῥᾴδια [1] ἔσῳ σοι· εἰ δὲ παρὰ φύσιν, ζήτει τί ἐσί σοι καλὰ τὴν σὴν φύσιν. καὶ ἐπὶ τοῦτο πεῦσε, κἂν ἄδοξον ᾖ· πανλὶ γὰρ συγγνώμη τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ζητοῦνλι.

17 Πόθεν ἐλήλυθεν ἕκασον, καὶ ἐκ τίνων ἕκασον ὑποκειμένων, καὶ εἰς τί μελαβάλλει, καὶ οἷον ἔσαι μελαβάλλον,

18 καὶ ὡς οὐδὲν κακὸν πείσει. [2] [Καὶ] πρῶτον, τίς ἡ πρὸς αὐτὸς μοι σχέσις. καὶ ὅτι ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν. καὶ καθ' ἕτερον λόγον, πεφυκόμενος αὐτῶν γέγονα, ὡς κριὸς ποίμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης. ἄνωθεν δὲ ἔπιθι, ἀπὸ τοῦ, εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἢ τὰ ὅλα διοικοῦσα. εἰ τοῦτο, τὰ χείρονα τῶν κρειτλόνων ἕνεκεν· ταῦτα δὲ ἀλλήλων. Δεύτερον δὲ, ὁποῖοί τινες εἰσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐν τῷ κλινᾳρίῳ, τἆλλα. μάλισα δὲ, οἵας ἀνάγκας δογμάτων κειμένας ἔχουσιν· καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα μεθ' οἵας τύφης ποιοῦσι. Τρίτον, ὅτι εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ δεῖ δυσχεραίνειν· εἰ δ' οὐκ ὀρθῶς, δηλονότι ἀκοντες καὶ ἀγνοοῦντες. πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στερεῖ, ὥσπερ τοῦ ἀληθοῦς, οὕτως καὶ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ πεπροφέρεσθαι. ἄχθον γοῦν ἀκόντες ἄδικοι, καὶ ἀγνώμονες, καὶ πλεονέκται, καὶ καθάπαξ ἁμαρτητικοὶ περὶ τοὺς πλησίον. Τέταρτον, ὅτι καὶ αὐτὸς πολλὰ ἁμαρτάνεις, καὶ ἄλλος τοιοῦτος εἶ. καὶ εἴ τινων δὲ ἁμαρτημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ τὴν γε ἕξιν ποιητικὴν [5] ἕξεις, εἰ καὶ διὰ δειλίαν, ἢ δοξοκοπίαν, ἢ τοιοῦτό τι κακὸν ἀπέχῃ τῶν ὁμοίων ἁμαρτημάτων. Πέμπτον, ὅτι οὐδὲ εἰ ἁμαρτάνουσι καλείληφας. πολλὰ γὰρ [6] κατ' οἰκονομίαν γίνεται. καὶ ὅλως πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τὶς περὶ ἀλλοτρίας πράξεως καλαληπτικῶς τι ἀποφήνῃ. Ἕκτον, ὅτι ὅταν λίαν ἀγανακτῇς, ἢ καὶ δυσπαθῇς, ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπειος βίος, καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ἐξελάθημεν. Ἕβδομον, ὅτι οὐχ

αἱ πράξεις αὐτῶν ἐνοχλοῦσιν ἡμῖν· ἐκεῖναι γάρ εἰσιν ἐν τοῖς ἐκείνων ἡγεμονικοῖς· ἀλλὰ αἱ ἡμέτεραι ὑπολήψεις. ἆρον γοῦν, καὶ θέλησον ἀφεῖναι τὴν ὡς περὶ δεινοῦ κρίσιν, καὶ ἀπῆλθεν ἡ ὀργή. πῶς οὖν ἀρῶ; λογισάμενος, ὅτι οὐκ αἰσχρόν. ἐὰν δὲ μὴ μόνον ᾖ τὸ αἰσχρὸν κακὸν, ἀνάγκη καὶ σὲ πολλὰ ἁμαρτάνειν, καὶ λήσειν καὶ πανοῦργον γενέσθαι. Ὀγδοον, ὅσῳ χαλεπώτερα ἐπιφέρουσιν αἱ ὀργαὶ καὶ λύπαι αἱ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ἥπερ αὐτά ἐσιν ἐφ᾽ οἷς ὀργιζόμεθα καὶ λυπούμεθα. Ἔναλον, ὅτι τὸ ἀμενὲς ἀνίκητον, ἐὰν γνήσιον ᾖ καὶ μὴ [1] ζεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. τί γὰρ σοι ποιήσει ὁ ὑβριστικώτατος, ἐὰν διαλελυμένως ἀμενὴς αὐτῷ, καὶ, εἰ οὕτως ἔτυχε, πράως παραινῇς καὶ μεταδιδάσκῃς [2] ἀχολῶν παρ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ὅτε κακὰ ποιεῖν σε ἐπιχειρεῖ; μὴ τέκνον· πρὸς ἄλλο πέφυκαμεν. ἐγὼ μὲν οὐ μὴ βλαβῶ, σὺ δὲ βλάπτῃ, τέκνον. καὶ δεικτέον [3] ἀφανῶς καὶ ὀλικῶς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅτι οὐδὲ μέλισσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδ᾽ ὅσα ζυγελαστικὰ πέφυκε. δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ ποιεῖν, μήτε ὀνειδιστικῶς, ἀλλὰ φιλοσόργως καὶ [4] ἀδήκλως τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ ὡς [5] ἐν σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παρασὰς θαυμάσῃ· ἀλλ᾽ [6] ἤτοι πρὸς μόνον, καὶ ἐὰν ἄλλοί τινες περιεστήκωσι. Τούτων τῶν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ὡς παρὰ τῶν Μουσῶν δῶρα εἰλημφὼς, καὶ ἄρξαί ποτε ἄνθρωπος εἶναι, ἕως ζῇς· φυλακτέον δὲ ἐπίσης τῷ ὀργίζεσθαι αὐτοῖς, τὸ κολακεύειν αὐτούς. ἀμφότερα γὰρ ἀκοινώνητα, καὶ πρὸς βλάβην φέρει. πρόχειρον δὲ ἐν ταῖς ὀργαῖς, ὅτι οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικὸν, ἀλλὰ τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον, ὥσπερ ἀνθρωπικώτερον, οὕτως καὶ ἀρρενικώτερον· καὶ ἰσχὺς καὶ νεῦρον καὶ ἀνδρείας τούτῳ μέτεσιν, οὐχὶ τῷ ἀγα-

non esse actiones aliorum, quae nos conturbant; sunt enim hae in mentibus ipsorum sitae: sed opiniones tantum nostras. istas igitur tolle, missoque de re ipsa, tanquam grave quiddam sit, judicio, ira protinus evanescet. sed quomodo tollam? reputando nihil *tibi* inhonestum *contigisse*. nisi enim malum id sit duntaxat quod inhonestum est, necesse futurum est, ut et tu multa pecces, et latro, vel quidlibet etiam, fias. Octavo, *cogita* quanto graviora patiamur ex iracundia ac moestitia, quam de istis concipimus, quam ex eis ipsis, quorum caussa succensemus et angimur. Nono, mansuetudinem insuperabilem esse, si genuina fuerit, non personata et fucata. quid enim fecerit tibi, qui vel maxime contumeliosus est, si mansuete adversus illum te gerere perrexeris, et si occasio tulerit, placide illum admonueris, et eodem ipso, quo te laedere molitur, tempore quietus ipse hominem meliora docueris? *Noli sic agere, mi fili; ad aliud nati sumus. mihi quidem noceri nequit. sed ipse laederis, mi fili.* monstraveris etiam scite, et generatim ostenderis, nec apes ita se gerere, nec eorum ullum, quae gregatim agere nata sunt, animantium. quin neque irrisorie faciendum hoc, neque contumeliose, sed cum genuino amoris affectu; neque animo quasi attacto et exulcerato, neque tanquam in schola, neque ut astanti alicui sis admirationi: sed ita semper, ut cum solo agas, etiamsi alii forsan circumstiterint nonnulli. Capita novem ista in mente reposita habeas, tanquam dona quaedam à Musis accepta; atque incipias tandem homo esse, dum vivis. Veruntamen ex aequo cavendum, sicut ne irascaris eis, ita etiam ne aduleris. utrumque enim societatis jus violat, et ad damnum tendit. adversus iram vero praesto sit illud; irasci haud virile esse; sed mansuetum placidumque animi affectum, ut humanius quiddam, ita et masculum magis: atque is certe, *qui ita affectus est*, robur animi nervosque et fortitudinem penes

ſe habet, non autem is qui indignatur et offenditur. quo enim proprius hoc ad immunitatem ab affectibus omnem prorſus, eo etiam ad potentiam proprius accedit. quemadmodum autem triſtitia, ſic et ira imbecillis eſt animi. utraque enim vulnus accepit, et ſuccubuit. Quod ſi volueris, etiam decimum à Muſarum praeſide donum accipe. velle improbi ne peccent, inſaniae eſt. id enim quod fieri non poteſt, appetit. tum concedere, ut adverſus alios tales ſint, ſed ne in te peccent poſtulare, et ſtolidum eſt et tyrannicum etiam. Mentis † affectiones quatuor 19
potiſſimum ſunt jugiter cavendae, et ubi deprehenſae fuerint, confeſtim inducendae, de ſingulis earum ſic cenſendo: cogitatio iſta non eſt neceſſaria; iſta ſocietatis inimica; iſtud non à te dicturus es. aliquid enim non à teipſo dicere, in rerum abſurdiſſimarum numero habeto. quartum eſto, quicquid conſcientia tibi dictaverit, fore per illud, ut pars tui divinior devicta ſuccumbat viliori, corpori nempe mortali ejuſque craſſis voluptatibus. Quicquid aereum et ig- 20
neum immixtum eſt tibi, etiamſi natura ſurſum feratur, utrumque ut tamen univerſi diſpoſitioni obſequatur, in maſſa compoſita iſtic detinetur. quicquid itidem in te terreum et aqueum exſiſtit, etiamſi natura deorſum vergat, attollitur nihilominus, et ſtationem occupat non ſuam. uſque adeo etiam elementa univerſo obtemperant, dum ibi, ubi per vim diſpoſita ſunt, manent, donec diſſolutionis ſignum detur. an non iniquum eſt ergo, mentem tantum tuam immorigeram eſſe, nec in ſtatione ſua acquieſcere? et huic tamen nihil violentum injungitur, ſed ea ſola quae ei ſecundum naturam ſunt: nec ſuſtinet tamen, ſed in contrarium fertur. motus enim omnis ad injurias, luxus, dolores, formidines, nihil eſt aliud, quam à natura defectio. quin et mens,

quoties

ἀγανακτῆνλι καὶ δυσαρεστῆνλι. ὅσω γὰρ ἀπαθεία τοῦτο οἰκειότερον, τοσούτω καὶ δυνάμι. ὥσπερ τε ἡ λύπη ἀοδενης· οὕτως καὶ ἡ ὀργή. ἀμφότεροι γὰρ τέτρωνται, καὶ ἐνδεδώκασιν. Εἰ δὲ βούλι, καὶ δέκαλον παρὰ τοῦ μυσηγέτου δῶρον λάβε· ὅτι τὸ μὴ ἀξιῶν ἁμαρτάνειν τοὺς φαύλους μανικόν. ἀδυνάτου γὰρ ἐφίεται· τὸ δὲ συγχωρεῖν ἄλλοις μὲν εἶναι τοιούτους, ἀξιῶν δὲ μὴ εἰς σὲ ἁμαρτάνειν, ἄνωμον καὶ τυραννικόν. Τεσσαρας μάλισα τροπὰς τοῦ ἡγεμονικοῦ παραφυλακτέον διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὰν φωράσῃς, ἀπαλειπτέον, ἐπιλέγονλα ἐφ' ἑκάσου ὅτως· τοῦτο τὸ φάνλασμα οὐκ ἀναγκαῖον· τοῦτο λυπικὸν κοινωνίας· τοῦτο οὐκ ἀπὸ σαυτοῦ μέλλεις λέγειν· τὸ γὰρ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἀποπλάτοις νόμιζε. τέταρτον δέ ἐσι, καθ' ὃ σεαυτῷ ὀνειδιεῖς, ὅτι τοῦτο ἠπλωμένου ἐσὶ καὶ ὑποκατακλινομένου τοῦ ἐν σοι θειοτέρου μέρους τῇ ἀτιμοτέρᾳ καὶ θνητῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ ταύτου παχείαις ἡδοναῖς. Τὸ μὲν πνεῦμάτιόν σου, καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν ὅσον ἐγκέκραται, καίτοι φύσει ἀνωφερῆ ὄνλα, ὅμως πειθόμενα τῇ τῶν ὅλων διαλάξει, παρακραλεῖται ἐνλαῦθα ἐπὶ τοῦ συγκρίματος. καὶ τὸ γεῶδες δὲ τὸ ἐν σοὶ πᾶν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καίτοι καλωφερῆ ὄνλα, ὅμως ἐγήγερται καὶ ἔσηκε τὴν οὐκ ἐαυτῶν φυσικὴν στάσιν. οὕτως ἄρα καὶ τὰ σοὶ χεῖα ὑπακούει τοῖς ὅλοις, ἐπειδὰν πως καλαχθῇ σὺν βίᾳ, μένονλα, μέχρις ἂν ἐκεῖθεν πάλιν τὸ ἐνδόσιμον τῆς διαλύσεως σημήνῃ. οὐ δεινὸν οὖν μόνον τὸ νοερόν σου μέρος ἀπειθὲς εἶναι καὶ ἀγανακτεῖν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ; καίτοι οὐδέν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάσσεται, ἀλλὰ μόνα, καὶ φύσιν ἐσὶν αὐτῷ· οὐ μοῦ τοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν φέρει. ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀδικήματα καὶ τὰ ἀκολασήματα, καὶ τὰς λύπας, καὶ τοὺς φόβους κίνησις, οὐδὲν ἄλλό ἐσιν, ἢ ἀφισαμένου τῆς φύσεως.

φύσεως. καὶ ὅταν δέ τινι τῶν συμβαινόντων δυχεραίνει
τὸ ἡγεμονικὸν, καταλείπει καὶ τότε τὴν ἑαυτοῦ χώραν.
πρὸς [1] ἰσότητα γὰρ καὶ θεοσέβειαν κατεσκεύασται, οὐχ ἧτ-
τον ἢ πρὸς δικαιοσύνην. καὶ γὰρ ταῦτα ἐν εἴδει ἐστὶ [2] τῆς
εὐκοινωνησίας, μᾶλλον δὲ [3] πρεσβύτερα τῶν δικαιο-
πραγημάτων. Ω μὴ εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν ἀεὶ τοῦ βίου 21
σκοπὸς, οὗτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι' ὅλου τοῦ βίου εἶναι οὐ δύναται.
οὐκ ἀρκεῖ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ κἀκεῖνο προσθῇς, ὁποῖον
εἶναι δεῖ τοῦτον τὸν σκοπόν. ὥσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν
ὁποσοῦν πλείοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑπόληψις ὁμοία ἐστὶν,
ἀλλ' ἡ τῶν τοιῶνδέ τινων, τουτέστι τῶν κοινῶν· οὕτω καὶ
τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ὑποστήσεσθαι.
ὁ γὰρ εἰς τοῦτον πάσας τὰς ἰδίας ὁρμὰς ἀπευθύνων,
πάσας τὰς πράξεις ὁμοίας ἀποδώσει, καὶ κατὰ τοῦτο
ἀεὶ ὁ αὐτὸς ἔσται. Τὸν μῦν τὸν ὀρεινὸν, καὶ τὸν κα- 22
τοικίδιον, καὶ τὴν πτοίαν τούτου καὶ διασόβησιν. [4] Σω- 23
κράτης καὶ τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, λαμίας ἐκάλει,
παιδίων δείματα. [5] Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις 24
ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἐτίθεσαν·
αὐτοὶ δὲ οὗ ἔτυχεν ἐκαθέζοντο. [6] Τῷ Περδίκκᾳ ὁ 25
Σωκράτης περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι παρ' αὐτὸν, ἵνα, ἔφη,
μὴ τῷ κακίστῳ ὀλέθρῳ ἀπόλωμαι, τουτέστι, μὴ εὖ παθῶν
οὐ δυνηθῶ ἀντευποιῆσαι. Εν τοῖς τῶν [7] Εφεσίων γράμ- 26
μασι, παράγγελμα ἔκειτο, συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι
τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῇ χρησαμένων. Οἱ Πυ- 27
θαγόρειοι, ἕωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾶν, ἵν' ὑπομιμνησ-
κώμηθα τῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως τὸ ἑαυτῶν ἔρ-
γον διανυόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς καθαρό-
τητος, καὶ τῆς γυμνότητος. οὐδὲν γὰρ προκάλυμμα ἄ-
στρου. Οἷος ὁ [8] Σωκράτης τὸ κώδιον ὑπεζωσμένος, 28

ὅτε

quoties eventum aliquem aegre fert, ſtationem tunc
ſuam deſerit. ad aequanimitatem enim et pietatem
eſt condita, non minus quam ad juſtitiam. ſiquidem
et iſta ad communionem tuendam faciunt; imo ac-
21 tionibus juſtis antiquiora ſunt. Cui non unus i-
demque ſemper vitae ſcopus eſt, hic unus idemque
per vitam totam eſſe non poteſt. non ſatis eſt quod
dixi, niſi illud etiam adjeceris, qualis ſcopus hic eſſe
debeat. quemadmodum enim opinio eadem non eſt
de omnibus quae vulgo hominum quoquo modo bo-
na videntur, ſed de certis quibuſdam, communibus
nempe: ad eundem modum et ſcopum illum qui eſt
civilis et communioni congruus proponi oportet. qui
enim ad iſtum conatus ſuos omnes direxerit, is actiones
ſuas omnes ſibi ſimiles praeſtabit, et hoc modo ſem-
22 per idem futurus eſt. Murem agreſtem et domeſ-
ticum *cogita*, hujuſque pavorem ac trepidationem.
23 Socrates plurimorum decreta *lamias* appellabat, pu-
24 erulorum terriculamenta. Lacedaemonii in ſpec-
taculis ſuis, peregrinis in umbra ſedilia collocabant;
25 ipſi, ubicunque obtigerat, conſidebant. Perdiccae
accerſenti excuſabat ſe Socrates; *ne peſſimo*, inquit,
exitio peream, cum gratiam collatam referre neque-
26 *am*. In ſcriptis Epicureis praecipitur, ut in mente
ac memoria ſemper habeamus antiquorum aliquem
27 eorum, qui virtutem coluerint. Pythagorei mane
coelum ſuſpicere *praecipiebant*, quo eorum commo-
neamur, quae eundem perpetuo curſum ſervant, eo-
demque modo peragunt opus ſuum; utque ordinem
eorundem obſervemus et puritatem, et nuditatem.
28 aſtri ſiquidem velamentum nullum eſt. *Cogita*
Socrates qui fuerit pelle ſuccinctus, quando Xanthippe
veſte *ipſius* ſumpta foras ſe proripuerat: quaeque a-
micis ſuis dixerit, pudore ſuffuſis pedemque retra-
hentibus,

hentibus, cum ſic indutum illum conſpicarentur. Nec in ſcribendo, nec in legendo aliis praecipias, 29
niſi prius praeceptum fuerit tibi. in vita multo magis ſic *ſe habet*.

Cum liber haud ſis, jus loquendi non habes. 30
——— *at cor earum mihi riſit.* 31
Dura ſuos fundendo inceſſent verba parentes. 32

Inſani eſt, ficum hyeme quaerere. affidet huic, qui 33
puerulum requirit, cum non amplius conceditur. Filiolum deoſculanti praecipiebat Epictetus, intus a- 34
pud ſe diceret, *Cras forſan moriturus eſt*. at male ominata ſunt iſta. mali ominis nihil eſt, quod munus naturale ullum deſignat. alioqui ſpicas etiam demeti infauſtum fuerit. Uva acerba, matura, paſſa; 35
mutationes ſunt omnia iſta, non in id quod non eſt, ſed in id quod nondum eſt. *Voluntatis latro nul-* 36
lus eſt, inquit Epictetus. Artem aſſenſum praebendi inveniendam idem monebat. et conatus ita cohibendos eſſe, ut cum exceptione fiant, ut ſocietatis jus ſpectent, ut pro rei cujuſque dignitate adhibeantur. et appetitu quidem abſtinendum prorſus: aver- 37
ſationem vero in re nulla adhibendam eſſe, quae noſtri juris non ſit. Non eſt itaque, inquit, de re 38
vulgari certamen, ſed de eo, utrum inſaniamus, necne. Socratis dictum. Quid vultis? rationalium, 39
an irrationalium animas habere? rationalium. quorumnam rationalium? ſanorum an pravorum? ſanorum. quare ergo non quaeritis? quia jam habemus. cur ergo pugnatis et contenditis invicem?

LIBER

ὅτε ἡ Ξανθίππη λαβοῦσα τὸ ἱμάτιον ἔξω προῆλθε· καὶ ἅ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδεσθεῖσι καὶ ἀναχωρήσασιν, ὅτε αὐτὸν εἶδον ὕτως ἐσαλμῳόν. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν, ὰ πρότερον ἄρξεις, πρὶν ἀρχθῇς. τοῦτο πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ βίῳ.

[2] Δῆλος πέφυκας, ὰ μέτεσί σοι λόγυ.

[3] ——— Ἐμὸν δ' ἐγέλασε φίλον κῆρ.

[4] Μέμψον δ' ἀρετὴν χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσιν.

Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν, μαινομένυ· τοιοῦτος ὁ παιδίον ζητῶν, ὅτε ὐκ ἔτι δίδο. Καλαφιλοῦντα τὸ παιδίον, ἔλεγεν ὁ Ἐπίκτητος, ἔνδον ἐπιρθέγξεσθαι, αὔριον ἴσως ἀποθανῇ. δύσφημα ταῦτα; ὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικῦ τινος ἔργυ σημαντικόν. ἢ καὶ τὸ σάκχυας θεριοθῆναι, δύσφημον. Ὀμφαξ, σαφυλὴ, σαφὶς, πάντα μεταβολαὶ, ὐκ εἰς τὸ μὴ ὄν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὄν. [7] Λῃστὴς προαιρέσεως ὐ γίνε, τὸ τῦ Ἐπικτήτυ. Τέχνην δὲ ἔφη περὶ τὸ συλλατίθεσθαι ἀρεῖν. καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμὰς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσσειν, ἵνα μεθ' ὑπεξαιρέσεως, ἵνα κοινωνικαὶ, ἵνα κατ' ἀξίαν. καὶ ὀρέξεως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι· ἐκκλίσει δὲ πρὸς μηδὲν τῶν ὐκ ἐφ' ἡμῖν χρῆσθαι. Οὐ περὶ τύ τυχόντος ὤν, ἔφη, ἐστὶν ὁ ἀγών, ἀλλὰ περὶ τῦ [9] μαίνεσθαι, [10] εἰ μή. [11] Ὁ Σωκράτης ἔλεγε· τί θέλετε; λογικῶν ψυχὰς ἔχειν, ἢ ἀλόγων; λογικῶν. τίνων λογικῶν; ὑγιῶν ἢ φαύλων; ὑγιῶν. τί [12] ὤν ζητεῖτε; ὅτι ἔχομεν. τί ὤν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε;

ΒΙΒΛΙΟΝ ιϐ'.

ΠΑΝΤΑ ἐκεῖνα ἐφ' ἃ διὰ περιόδου εὔχῃ ἐλθεῖν, 1
ἤδη ἔχειν δύνασαι, ἐὰν μὴ σαυτῷ φθονῇς.
τοῦτο δέ ἐστιν, ἐὰν πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ τὸ
μέλλον ἐπιτρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον
ἀπευθύνῃς πρὸς ὁσιότητα καὶ δικαιοσύνην. ὁσιότητα
μὲν, ἵνα φιλῇς τὸ ἀπονεμόμενον· σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύ-
σις ἔφερε, καί σε τούτῳ· δικαιοσύνην δὲ, ἵνα ἐλευθέρως
καὶ χωρὶς περιπλοκῆς λέγῃς τε τἀληθῆ, καὶ πράσσῃς
τὰ κατὰ νόμον, καὶ κατ' ἀξίαν. μὴ ἐμποδίζῃ δέ σε,
μήτε κακία ἀλλοτρία, μήτε ὑπόληψις, μήτε φωνὴ,
μηδὲ μὴν αἴσθησις τοῦ [1] περιτεθραμμένου σοι σαρκιδίου.
ὄψεται γὰρ τὸ πάσχον. ἐὰν οὖν ὅτε δήποτε πρὸς ἐξόδῳ
γένῃ, πάντα τὰ ἄλλα καταλιπὼν, μόνον τὸ ἡγεμο-
νικόν σου καὶ τὸ ἔν σοι θεῖον τιμήσῃς, καὶ [2] τὸ μὴ παύ-
σεσθαί ποτε ζῆν φοβηθῇς, ἀλλὰ τόγε μηδέποτε ἄρξασ-
θαι κατὰ φύσιν ζῆν· ἔση ἄνθρωπος ἄξιος τοῦ γεννή-
σαντος κόσμου, καὶ παύσῃ ξένος ὢν τῆς πατρίδος, καὶ
θαυμάζων ὡς ἀπροσδόκητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμε-
να, καὶ κρεμάμενος ἐκ τοῦδε καὶ τοῦδε. Ο θεὸς πάν- 2
τα τὰ ἡγεμονικὰ, γυμνὰ τῶν ὑλικῶν ἀγγείων καὶ
φλοιῶν καὶ καθαρμάτων ὁρᾷ. μόνῳ γὰρ τῷ ἑαυτοῦ νοε-
ρῷ μόνων ἅπτεται τῶν ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ταῦτα ἐῤῥυηκότων
καὶ ἀπωχετευμένων. ἐὰν δὲ καὶ σὺ τοῦτο ἐθίσῃς ποιεῖν,
τὸν πολὺν περισπασμὸν σεαυτοῦ περιαιρήσεις. ὁ γὰρ μὴ
τὰ περικείμενα κρεάδια ὁρῶν, [3] ἤπου γε ἐσθῆτα, καὶ
οἰκίαν,

LIBER XII.

1 ISTA omnia, quae per ambages aſſequi contendis, jam conſequi potes, ni tibi ipſe invideas. hoc autem fiet, ſi praeteritum omne miſſum feceris, futurum omne providentiae divinae permiſeris, et quod praeſens eſt tantum ad pietatis ac juſtitiae normam direxeris: ad pietatis normam, dum quicquid deſtinatur tibi diligis; cum et tibi hoc natura tulerit, et huic te: ad juſtitiae, dum libere et ſine ambage ulla quae vera ſunt proloqueris, et quae lege conſentanea ac pro rei cujuſque dignitate ſunt, facis: nec impediverit te, *quo minus ſic te geras*, aut aliena ſive vitioſitas, ſive opinio ſive ſermo, aut ſenſus etiam cingentis te maſſae iſtius carneae. viderit enim id quod patitur. ſi igitur, cum in exitu fere jam ſis, miſſis caeteris omnibus, id duntaxat, quod in te principatum gerit et divinum eſt, in pretio ac honore habueris; nec hoc metueris, ne vivere deſinas aliquando, ſed ne ſecundum naturam vivere tandem occipias; mundo qui te protulit, dignum te praeſtabis, deſineſque in patria tua peregrinus eſſe, eaque quae quotidie eveniunt tanquam inopinata admirari, et ex 2 hac vel illa re ſuſpenſus teneri. Mentes omnes, vaſis hiſce corporeis, et corticibus, et ſordibus, Deus denudatas intuetur. ſola enim mente ſua, illas à ſeſe dimanantes, et derivatas attingit. hoc idem tu ſi feceris, multa temet moleſtia liberabis. qui enim circumjectam ſibi carnem non reſpexerit, ne de veſtitu, domicilio, fama, aut apparatu inſtructuque re-

liquo cogitando, negotium ullum faceſſet ſibi. Tria 3
ſunt, ex quibus conſtas, corpuſculum, animula, mens.
horum priora duo hactenus ſunt tua, utpote quorum
cura commiſſa eſt tibi: tertium tantummodo pro-
prie tuum eſt. proinde ſi à te, hoc eſt, à mente tua
ſejunxeris quaecunque alii dicunt faciuntque; et
quaecunque ipſe aliquando dixeris feceriſque, et quae-
cunque te tanquam futura conturbant, et quaecun-
que vel circumdati tibi corpuſculi, vel huic coalitae
animulae, arbitrii tui non ſunt; denique quaecunque
externa rerum vertigo jugis volvit, ita ut mens tua
rebus fato obvenientibus exempta, pura ac libera a-
pud ſe vivat, juſta faciens, deſtinata volens, ac vera
proloquens, ſi à mente, inquam, tua haec ſejunxe-
ris, quae ex affectu vehementiore ei adhaerere ſo-
lent, et temporis quicquid vel praeteritum vel fu-
turum eſt; feceriſque te talem qualis *mundus hic*
Empedocli dicitur,

Orbis habens inſtar jugi vertigine gaudens.

illudque tantummodo, quod vivis, hoc eſt, quod im-
praeſentiarum adeſt, vivere ſategeris; poteris tan-
dem, quod ſupereſt vitae tuae, ad mortem uſque,
tranquille, generoſe, genioque tuo propitius tranſi-
gere. Saepenumero ſum miratus, qui fiat, ut 4
cum ſeſe prae caeteris omnibus diligat unuſquiſque,
ſuam tamen de ſe exiſtimationem minoris faciat,
quam alienam. itaque ſi vel Deus vel praeceptor
prudens quis aſtans praeceperit cuiquam, ne quid a-
pud ſe cogitet menteve agitet, quod non ſimul ac
conceperit proferat, ne ad dieculam quidem id ſuſ-
tineret. ita proximos magis, quid de nobis ſentiant,
veremur, quam nos ipſos. Qui fit, ut Dii, qui 5
pulcre ac cum ſingulari erga genus humanum amore
diſpo-

οἰκίαν, καὶ δόξαν καὶ τὴν τοιαύτην περιβολὴν καὶ ζωὴν
3 θεώμενος, ἀχολήσει. Τρία ἐστὶν ἐξ ὧν συνέστηκας,
σωμάτιον, πνεύματιον, νοῦς. τούτων τἄλλα μέχρι τοῦ
ἐπιμελεῖσθαι δεῖν, ζᾷ ἐστι· τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως
σόν. [1] ὃ ἐὰν χωρίσῃς ἀπὸ σεαυτοῦ, τυτέστιν, ἀπὸ τῆς
σῆς διανοίας, [2] ὅσα ἄλλα ποιοῦσιν, ἢ λέγουσιν, ἢ ὅσα
αὐτὸς ἐποίησας ἢ εἶπας, καὶ ὅσα ὡς μέλλοντα [3] τα-
ράττειν, καὶ ὅσα τοῦ περικειμένου σοι σωμαλίου, ἢ τοῦ συμ-
φύτου πνεύματίου, ἀπροαίρετα πεύσεσιν, καὶ ὅσα ἡ ἔξω-
θεν περιῤῥέουσα δίνη ἑλίττει, ὥστε τῆς συνειμαρμένων
ἐξῃρημένην καθαρὰν τὴν νοερὰν δύναμιν ἀπόλυσον, ἐφ'
ἑαυτῆς ζῆν, ποιοῦσαν τὰ δίκαια, καὶ θέλουσαν τὰ συμ-
βαίνοντα, καὶ λέγουσαν ταληθῆ, ἐὰν χωρίσῃς, φημὶ, τοῦ
ἡγεμονικοῦ τούτου τὰ προσηρτημένα ἐκ προσπαθείας, καὶ
τοῦ χρόνου τὰ ἐπέκεινα, ἢ τὰ παρωχημένα, ποιήσῃς
τε σεαυτὸν, οἷος ὁ Ἐμπεδόκλειος,

[5] Σφαῖρος κυκλοτερὴς μονῃ περιήθεϊ γαίων.

μόνον τε ζῆν ἐκμελετήσῃς ὃ ζῇς, τυτέστι, τὸ παρόν·
δυνήσῃ τόγε μέχρι τοῦ ἀποθανεῖν ὑπολιπόμενον, ἀτα-
ράκλως καὶ ἀληθῶς, καὶ ἵλεως τῷ σαυτοῦ δαίμονι διαβι-
4 ῶναι. Πολλάκις ἐθαύμασα, πῶς ἑαυτὸν μὲν ἕκα-
στος μᾶλλον πάντων φιλεῖ, τὴν δὲ ἑαυτοῦ περὶ αὐτοῦ
ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται, ἢ τὴν τῶν ἄλλων.
ἐάν γοῦν τινὰ θεὸς ἐπισὰς, ἢ διδάσκαλος ἔμφρων, κε-
λεύσῃ, μηδὲν καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι, ὃ
μὴ ἅμα γε γινώσκων ἐξοίσει, οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν
τοῦτο ὑπομενεῖ. οὕτω τοῖς πέλας μᾶλλον αἰδούμεθα τί
5 ποτε περὶ ἡμῶν φρονήσουσιν, ἢ ἑαυτοί. Πῶς ποτε
πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διαλαξάντες οἱ θεοὶ,

τοῦτο

τοῦτο μόνον παρεῖδον, τὸ ἑνίους τῶν ἀνθρώπων καὶ πάνυ χρηστοὺς, καὶ πλεῖσα πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβόλαια θεμένους, καὶ ἐπὶ πλεῖσα δι' ἔργων ὁσίων καὶ ἱερουργιῶν συνήθεις τῷ θείῳ γλιομένους, ἐπειδὰν ἅπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι αὖθι γίνεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ παντελὲς ἀπεσβηκέναι; τοῦτο δὲ εἴπερ καὶ οὕτως ἔχει, εὖ ἴσθι, ὅτι εἰ [ὡς] ἑτέρως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν. εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἂν καὶ συναλόν· καὶ εἰ καλὰ φύσιν, ἤνεγκεν ἂν αὐτὸ ἡ φύσις. ἐκ δὴ τοῦ μὴ οὕτως ἔχειν, εἴπερ οὐχ οὕτως ἔχει, πίσσωσόν σοι τὸ μὴ δεῆσαι οὕτω γίνεσθαι. ὁρᾷς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῦτο παραζηλῶν δικαιολογῇ πρὸς τὸν θεόν. οὐκ ἂν δ' οὕτω διελεγόμεθα τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἄρισοι καὶ δικαιόταλοί εἰσιν. εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἄν τι περιεῖδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἠμεληκόσιν πρὸς ἐν τῇ διακοσμήσει. Εθιζε 6
καὶ ὅσα ἀπογινώσκεις. καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ἡ ἀριστερὰ, πρὸς τὰ ἄλλα διὰ τὸ ἀνέθιστον ἀργὸς οὖσα, τοῦ χαλινοῦ ἐρρωμενέστερον ἢ ἡ δεξιὰ κρατεῖ. τοῦτο γὰρ ἔθισαν. Ο- 7
ποῖον δεῖ καλαληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου καὶ ζώσαι καὶ ψυχῇ· τὴν βραχύτητα τοῦ βίου, τὴν ἀχάνειαν τοῦ ὀπίσω καὶ πρόσω αἰῶνος, τὴν ἀσθένειαν πάσης ὕλης. Γυμνὰ τῶν φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη· τὰς ἀ- 8
ναφορὰς τῶν πράξεων· τί πόνος· τί ἡδονὴ· τί θάνατος· τί δόξα· [1] τίς ὁ ἑαυτῷ ἀχολίας αἴτιος· πῶς ὑφεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται· ὅτι πάντα ὑπόληψις. Ομοιον δ' εἶναι δεῖ ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει, παλαιαλιασῇ, οὐχὶ μονομάχῳ· ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος, ᾧ χρῆται, ἀποτίθεται καὶ ἀναιρεῖται· ὁ δὲ τὴν χεῖρα ἀεὶ ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ συρέψαι αὐτὴν δεῖ.
Τοιαῦτα τὰ πράγματα ὁρᾶν, διαιροῦντα εἰς ὕλην, 10
αἴτιον, ἀναφοράν. Πλίκην ἐξουσίαν ἔχει ἄνθρωπος, 11

μὴ

diſpoſuerunt univerſa, hoc unum neglexerint, *curare nempe*, ne homines, boni cumprimis, quique frequentiſſima cum ipſis quaſi commercia habuerint, atque per opera pia ſacraque miniſteria quam maxime familiares ipſis exſtiterint, ubi ſemel defuncti ſunt, non exiſterent amplius, ſed omnino exſtinguerentur? hoc vero ſiquidem ſic ſe habet, pro certo ſcias, aliter facturos eos fuiſſe, ſi aliter fieri oporteret. ſi enim juſtum erat, et fieri poterat; et ſi juxta naturam, id natura protuliſſet. vel hinc ergo quod aliter ſe habet, ſi aliter ſaltem ſe habet, compertum habeas fieri non oportuiſſe. vides enim, quod in hujus rei indagatione de jure cum Deo diſceptas. non autem de jure cum Deo diſceptaremus, niſi optimi illi ac juſtiſſimi forent. qui ſunt autem iſtiuſmodi, nihil in mundi diſpoſitione injuſte atque irrationabiliter neg-
6 lectum inſuper habuiſſent. *Illis* etiam aſſueſce, quae *fieri poſſe* deſperas. nam et ſiniſtra manus, cum ad alia opera per deſuetudinem inepta ſit, fraenum quam dextra validius tenet; quia huic operi aſſue-
7 vit. *Cogita* qualem te, tum corpore tum anima, à morte deprehendi oporteat: vitae etiam hujus brevitatem; aevi retrorſum prorſumque vaſtitatem immenſam; materiae denique cujuſque imbecillitatem.
8 Formas corticibus nudatas contemplare: actionum item intentiones: quid dolor; quid voluptas; quid mors; quid gloria: quis cuique moleſtiarum auctor: quo modo nemo ab alio quopiam impediatur. quod
9 denique opinione conſtant omnia. In decretorum uſu, pugili, non gladiatori ſimilem eſſe te oportet. iſte enim enſe, quo utitur, poſito, ſtatim interficitur. ille autem manum ſemper praeſto habet, qua vibrata
10 duntaxat opus eſt. Res ipſas quales ſint intuere,
11 in materiam, formam, finem dividendo. Quanta eſt hominis potentia, *in cujus ſitum eſt arbitrio*, ut nihil

nihil faciat, niſi quod Deus ipſe comprobaturus eſt, et quicquid Deus illi aſſignaverit, libens excipiat? Quicquid naturae conſentaneum *contingit*, de eo nec 12
Dii ſunt incuſandi; nihil enim vel ſponte vel inviti peccant: nec homines: nihil enim et ipſi ſponte. nulli ergo ſunt incuſandi. Quam ridiculus et pere- 13
grinus eſt, qui quicquam eorum quae in vita hac fiunt, miratur? Aut eſt neceſſitas fatalis, et or- 14
do inviolabilis, aut providentia placabilis, aut confuſio temeraria, et rectoris orba. ſi neceſſitas inviolabilis, quorſum reniteris? ſin providentia, quae placari poſſit, auxilio divino dignum te praeſta. ſi denique confuſio rectoris orba, ſat habe, quod in aeſtu iſtiuſmodi rectricem quandam intra te mentem habes. quod ſi te aeſtus corripuerit, carunculam, animulam, caetera alia abripiat: mentem duntaxat ne abripiat. An cum lucernae lumen, uſquedum ex- 15
ſtinguatur, luceat, nec ſplendorem amittat ſuum, tu admiſſurus es, ut in te veritas, juſtitia, temperantia ante exſtinctum temet exſtinguatur? Ubi obrep- 16
ſerit tibi cogitatio, peccaſſe aliquem, *haec tu tibi*, Unde novi, an peccatum hoc ſit; aut ſi peccavit, an peccati ipſe ſe reum peregerit? hoc enim perinde eſt, ac ſi faciem ſibi dilaceraſſet. *tum illud memineris*, eum qui improbos delinquere non vult, parum eſſe illi, qui ficum in ficubus ſuccum acrem gerere, et infantes vagire, et equum hinnire, aliaque ejuſmodi quae neceſſaria ſunt, nolit. quid enim fecerit, qui ſic affectus fuerit? hunc tu, † ſi tantum poſſe te putas, ſana. Ni decorum ſit, ne feceris; 17
ni verum ſit, ne dixeris. ad iſta enim duo ſemper intentio tua tendat. Conſidera ſemper, quid il- 18
lud ſit, quod cogitationem tuam afficit; curaeque ſit tibi hoc ipſum in formam, materiam, finem, et tempus, intra quod deſiturum ſit, diſtinguendo explicare.

μὴ ποιεῖν ἄλλο, ἢ ὅπερ μέλλει ὁ θεὸς ἐπαινεῖν, καὶ δέ-
12 χεσθαι πᾶν ὃ ἂν νέμῃ αὐτῷ ὁ θεός. Τὸ ἑξῆς τῇ
φύσει μήτε θεοῖς μεμπτέον· οὐδὲν γὰρ ἑκόντες ἢ ἄκοντες
ἁμαρτάνουσι· μήτε ἀνθρώποις· οὐδὲν γὰρ οὐχὶ ἄκοντες.
13 ὥστε οὐδενὶ μεμπτέον. Πῶς γέλοιος καὶ ξένος, ὁ θαυ-
14 μάζων ὁτιοῦν τῶν ἐν τῷ βίῳ γινομένων; Ητοι ἀ-
νάγκη εἱμαρμένη, [1] ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἱλά-
σιμος, ἢ φυρμὸς εἰκαιότητος ἀπροστάτητος. εἰ μὲν ἀ-
παράβατος. ἀνάγκη, τί ἀντιτείνῃς; εἰ δὲ πρόνοια ἐπι-
δεχομένη τὸ ἱλάσκεσθαι, ἄξιον αὐτὸν ποίησον τῆς ἐκ
τοῦ θείου βοηθείας. εἰ δὲ φυρμὸς ἀνηγεμόνευτος, ἀσ-
μένιζε, ὅτι ἐν τοιούτῳ τῷ κλύδωνι αὐτὸς ἔχεις ἐν σαυ-
τῷ τινὰ νοῦν ἡγεμονικόν. κἂν περιφέρῃ σε ὁ κλύδων,
παραφερέτω τὸ σαρκίδιον, τὸ πνευμάτιον, τἄλλα.
15 τὸν γὰρ νοῦν οὐ παροίσει. Η τὸ μὲν τοῦ λύχνου φῶς
μέχρι σβεσθῇ, φαίνει, καὶ τὴν αὐγὴν οὐκ ἀποβάλλει· ἡ
δὲ ἔν σοι ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, καὶ σωφροσύνη προα-
16 ποσβήσει; Επὶ τοῦ φαντασίαν παραχόντος, ὅτι
[2] ἥμαρτε· τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα; εἰ δὲ καὶ
ἥμαρτεν [3] ὅτι κατέκρινεν αὐτὸς ἑαυτόν; καὶ οὕτως ὅμοιον
τοῦτο τῷ καταδρύπτειν τὴν ἑαυτοῦ ὄψιν. ὅτι ὁ μὴ θέλων
τὸν φαῦλον ἁμαρτάνειν, ὅμοιος τῷ μὴ θέλοντι τὴν συκῆν
ὀπὸν ἐν τοῖς σύκοις φέρειν, καὶ τὰ βρέφη κλαυθμυρίζεσ-
θαι, καὶ τὸν ἵππον χρεμετίζειν, καὶ ὅσα ἄλλα ἀναγκαῖα.
[4] τί γὰρ πάθῃ τὴν ἕξιν ἔχων τοιαύτην; εἰ οὖν γοργὸς εἶ,
17 ταύτην θεράπευσον. Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξῃς· εἰ
18 μὴ ἀληθές ἐστι, μὴ εἴπῃς. [5] ἢ γὰρ ὁρμή σου ἔστω. Εἰς τὸ
πᾶν ἀεὶ ὁρᾷν, τί ἐστιν αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τὴν φαντασίαν σοι
[6] ποιοῦν, καὶ ἀναπτύσσειν διαιροῦντα, εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ
ὑλικὸν, εἰς τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸν χρόνον, ἐντὸς οὗ πε-

παῦσθαι αὐτὸ δεήσει. Αἴσθου ποτὲ, ὅτι κρεῖττόν τι 19
καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ τῶν τὰ πάθη ποι-
ούντων, καὶ καθάπαξ τῶν νευροσπαστούντων σε. τί μου νῦν
ἐστιν ἡ διάνοια; μὴ φόβος; μὴ ὑποψία; μὴ ἐπιθυμία;
μὴ ἄλλό τι τοιοῦτον; Πρῶτον, τὸ μὴ εἰκῆ, μηδὲ 20
ἄνευ ἀναφορᾶς. δεύτερον, τὸ μὴ ἐπ' ἄλλό τι, ἢ ἐπὶ
τὸ κοινωνικὸν τέλος τὴν ἀναγωγὴν ποιεῖσθαι. Ο- 21
τι μετ' οὐ πολὺ, οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἔσῃ, οὐδὲ τούτων τι ἃ νῦν
βλέπεις, οὐδὲ τούτων τις τῶν νῦν βιούντων. πάντα γὰρ
μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθείρεσθαι πέφυκεν, ἵνα
ἕτερα ἐφεξῆς γίνηται. Οτι πάντα ἡ ὑπόληψις· καὶ 22
αὐτὴ ἐπί σοι. ἆρον οὖν, ὅτε θέλεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ
[1] ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν γαλήνη, σταθερὰ πάντα,
καὶ κόλπος ἀκύμων. Μία καὶ ἡτισοῦν ἐνέργεια κατὰ 23
καιρὸν παυσαμένη, οὐδὲν κακὸν πάσχει, καθὸ πέπαυται·
οὐδὲ ὁ πράξας τὴν πρᾶξιν ταύτην, κατ' αὐτὸ τοῦτο,
καθ' ὃ πέπαυται, κακόν τι πέπονθεν. ὁμοίως οὖν τὸ ἐκ
πασῶν τῶν πράξεων σύστημα, ὅπερ ἐστιν ὁ βίος, ἐὰν
ἐν καιρῷ παύσηται, οὐδὲν κακὸν πάσχει κατ' αὐτὸ τοῦ-
το, καθ' ὃ πέπαυται· οὐδὲ ὁ καταπαύσας ἐν καιρῷ τὸν
εἱρμὸν τοῦτον, κακῶς διετέθη. τὸν δὲ καιρὸν, καὶ τὸν ὅ-
ρον δίδωσιν ἡ φύσις, ποτὲ μὲν καὶ ἡ ἰδία, ὅταν ἐν γή-
ρᾳ, πάντως δὲ ἡ τῶν ὅλων· ἧς τῶν μερῶν μεταβαλ-
λόντων, νεαρὸς ἀεὶ καὶ ἀκμαῖος ὁ σύμπας κόσμος δια-
μένει. καλὸν δὲ ἀεὶ πᾶν καὶ ὡραῖον τὸ συμφέρον τῷ
ὅλῳ. ἡ οὖν κατάπαυσις τοῦ βίου, ἑκάστῳ οὐ κακὸν μὲν ὅτι
οὐδὲ αἰσχρόν· εἴπερ καὶ ἀπροαίρετον, καὶ οὐκ ἀκοινώνητον. ἀγα-
θὸν δὲ, εἴπερ τῷ ὅλῳ καίριον [2] καὶ συμφέρον, καὶ συμφερό-
μενον. οὕτω γὰρ καὶ θεοφόρητος, ὁ φερόμενος κατὰ ταὐτὰ
θεῷ, καὶ ἐπὶ ταὐτὰ τῇ γνώμῃ φερόμενος. Τρία ταῦτα 24
δεῖ πρόχειρα ἔχειν. ἐπὶ μὲν ὧν ποιεῖς, εἰ μήτε εἰκῆ

μηδὲ

19 plicare. Sentias tandem aliquando, aliquid eſſe in te praeſtantius ac divinius eis quae affectus in te excitant, et quaſi fidiculis quibuſdam diſtrahunt te. quae mihi, *nunc dicas tibi*, mens eſt? num metus? num ſuſpicio? num libido? num aliud aliquid iſtiuſmodi? 20 Primo *vide* nequid temere, aut abſque certo aliquo fine. ſecundo, ne ad ullum alium finem, quam qui 21 ſocietati conducat, referatur. *Cogita tecum*, brevi fore, ut nec ipſe ullus uſquam futurus ſis, nec quicquam eorum quae vides, nec horum quiſquam qui nunc vivunt. omnia enim mutare ac verti et interire nata ſunt, ut nova alia ſerie perpetua producantur. 22 Omnia in opinione ſita ſunt: et haec ipſa in te. quandocunque ergo volueris, opinionem tolle, et ſicut promontorium praetervecto tranquillitas, ſic ſtabilia *tibi futura ſunt* omnia, et ſinus aeſtu immunis. 23 Operatio unaquaeque, quae tempore ſuo deſinit, nihil inde mali patitur, quia deſiit; nec auctori ejus, ceſſationis hujus ratione, mali quicquam contingit. pari ergo modo actionum omninm complexio, quae vita dicitur, ſi tempore ſuo deſierit, nihil inde quicquam mali patitur, quia deſiit: nec qui tempore opportuno ſeriem hanc terminavit, male ideo afficitur. tempus autem et terminum aſſignat natura: eaque quandoque peculiaris, ut in ſenectute fit; ſemper vero communis; cujus partibus aſſidue mutantibus novus perpetuo vegetuſque mundus permanet univerſus. bonum autem ſemper ac tempeſtivum eſt, quod univerſo conducit. proinde vitae ceſſatio non eſt malum cuiquam, quia nec inhoneſtum: ſiquidem nec optionis ſit noſtrae, nec communitatis legibus adverſetur. imo bonum eſt; ſiquidem univerſo tempeſtivum, eidemque conducens et congruum. ita numine divino fertur, qui eadem, qua Deus, via fertur, menteque 24 ſua ad eadem fertur. Tria haec in promptu habenda ſunt. in eis quae agis, nequid fruſtra, aut ſe-

cus *fiat*, quam jus ipſum feciſſet. in eis vero quae extrinſecus eveniunt, vel forte fortuna quodque vel providentia obvenire. atqui nec de fortuna conquerendum eſt, nec providentia incuſanda. ſecundum, qualenam unumquodque ſit à ſatione uſque ad animationem, ab animatione uſque ad animam emiſſam. item ex quibus conflatur, et in quaenam reſolvitur. tertium, ſi in ſublime ſubvectus res humanas deſpiceres, ubi varietatem earum quanta eſſet perſpexiſſes, ſimulque uno conſpectu comprehenderes, quantum undiquaque aëriorum et aetheriorum ſedes ſuas habeat, quod quotieſcunque ſubvectus eſſes, eadem ſemper occurrerent. ejuſdem enim generis ſunt omnia, et aevi brevis. et de his tamen inſoleſcimus. Opinio- 25
nem ejice; ſalvus es. ejicere autem ecquis impediat? Quando moleſte fers quicquam; oblitus es, omnia ſe- 26
cundum univerſi naturam fieri. item peccatum alterius nihil ad te. adhaec, quicquid fit, ita ſemper factum, ſemperque futurum, et nunc etiam ubique fieri. porro, quae homini cuivis cum toto genere humano intercedat cognatio. neque enim tam ſanguinis aut ſeminis, quam mentis exſiſtit communio. oblitus es, et mentem cujuſque Deum eſſe, et divinitus defluxiſſe, et nihil eſſe cujuſquam proprium; ſed et filiolum, et corpuſculum, et animulam ipſam inde prodiiſſe. ſed et, opinione conſtare cuncta. et quod tempus denique praeſens tantum cuique et vivitur et amittitur. Eos apud te crebro recolas, qui de re aliqua vehe- 27
menter indignati fuerint, qui vel in ſumma gloria, vel in inſigni miſeria, inimicitia, fortuna qualibet exſtitere. tum ſciſcitare, *ubi iſta nunc ſunt omnia?* fumus utique ſunt, et cinis et fabula, vel ne fabula quidem. ſuccurrat tibi ſimul et quicquid eſt ejuſmodi, quale eſt Fabius Catulinus in agro, Lucius Lupus et Stertinius Bajis, Tiberius Capreis, et Velius Rufus;

μηδὲ ἄλλως ἢ ὡς ἂν ἡ δίκη αὐτὴ ἐνήρμησεν. ἐπὶ δὲ τῆς ἔξωθεν ζυμβαινόντων, ὅτι ἤτοι κατ' ἐπιλυχίαν, ἢ καλὰ πρόνοιαν· ὥστε δὲ τῇ ἐπιλυχίᾳ μεμπτέον, ὥστε τῇ προνοίᾳ ἐγκλητέον. δεύτερον, τὸ ὁποῖον ἕκαστον ἀπὸ [1] σερήματος μέχρι ψυχώσεως, καὶ ἀπὸ ψυχώσεως μέχρι τῆς τῶν ψυχῶν ἀποδύναι. καὶ ἐξ οἵων ἡ σύγκρισις, καὶ εἰς οἷα ἡ λύσις. τρίτον, εἰ ἄνω μετέωρος ἐξαρθεὶς καταισκέψαιτο τὰ ἀνθρώπεια, καὶ τὴν πολυπραγμοσύνην ὅση καταγνώσαις· ζυνιδὼν ἅμα, καὶ ὅσον τὸ περιοικᾶν, [2] ἐναερίων καὶ ἐναιθερίων· [3] [καὶ] ὅτι ὁσάκις ἂν ἐξαρθῇς, ταὐτὰ ὄψει, τὸ ὁμοειδές, τὸ ὀλιγοχρόνιον. ἐπὶ τούτοις, ὁ τύφος. Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν, σέσωσαι. τίς ἂν ὁ κωλύων ἐκβάλλειν; Ὅταν δυσφορῇς ἐπί τινι, ἐπελάθου, ὅτι πάντα καλὰ τὴν τῶν ὅλων φύσιν γίνεται· καὶ τοῦ, ὅτι τὸ ἁμαρτανόμενον ἀλλότριον. καὶ ἐπὶ τούτοις τοῦ, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον ἀεὶ οὕτως ἐγίνετο, καὶ γενήσεται, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται· τοῦ, ὅση ἡ ζυγγένεια ἀνθρώπου πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος· οὐ γὰρ αἱμαλίου ἢ σπερμαλίου, ἀλλὰ τοῦ κοινωνίᾳ. ἐπελάθου δὲ καὶ τοῦ, ὅτι ὁ ἑκάστου νοῦς θεὸς, καὶ ἐκεῖθεν ἐρρύηκε. τοῦ, ὅτι οὐδὲν ἴδιον ὑφενός· ἀλλὰ καὶ τὸ τεκνίον, καὶ τὸ ζωμάτιον, καὶ αὐτὸ τὸ ψυχάριον ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν. τοῦ, ὅτι πάντα ὑπόληψις. τοῦ, ὅτι [4] τὸ παρὸν μόνον ἕκαστος ζῇ, καὶ τοῦτο ἀποβάλλει. Συνεχῶς ἀναπολεῖν, τοὺς ἐπί τινι λίαν ἀγανακτήσαντας, τοὺς ἐν μεγίσαις δόξαις, ἢ ζυμφοραῖς, ἢ ἔχθραις, ἢ ὁποιαισοῦν τύχαις ἀκμάσαντας. εἶτα ἐφισάνειν, ποῦ νῦν πάντα ἐκεῖνα; καπνὸς, καὶ σποδὸς, καὶ μῦθος, ἢ οὐδὲ μῦθος. ζυμπροσπλέκου δὲ καὶ τὸ τοιοῦτο πᾶν, οἷον, [5] Φάβιος Καταλλῖνος ἐπ' ἀγροῦ, καὶ [6] Λύσιος Λοῦπος καὶ [7] Στερτίνιος ἐν Βαΐαις, καὶ [8] Τιβέριος ἐν Καπρίαις, καὶ Οὐήτ-

[1] Οὐήλιος Ῥοῦφος, καὶ ὅλως ἡ πρὸς ὁτιοῦν μετ' οἰήσεως διαφορά. καὶ ὡς ἀτελὲς πᾶν τὸ καλευλεινόμμον. καὶ ὅσῳ φιλοσοφώτερον, τὸ ἐπὶ τῆς δοθείσης ὕλης ἑαυτὸν δίκαιον, ζώφρονα, θεοῖς ἑπόμμον ἀφελῶς παρέχειν. ὁ γὰρ [2] ὑπὸ ἀτυφίᾳ τύφος τυφόμμος, πάντων χαλεπώταλος. Πρὸς τὰς ἐπιζητήσεις, πῶς γὰρ ἰδὼν τὰς 28
θεὰς, ἢ πόθεν καλειληφὼς ὅτι εἰσὶν, οὕτω σέβεις; πρῶτον μμὲν [3] καὶ ὄψει ὁραλοί εἰσιν. ἔπειλα μμύτοι οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυλοῦ ἑώρακα, καὶ ὅμως τιμῶ. οὕτως οὖν καὶ τὰς θεὰς, ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἑκάσοτε πειρῶμαι, ἐκ τούτων ὅτι τέ εἰσι καλαλαμβάνω, καὶ αἰδοῦμαι. Σωληρία βίου, ἕκασον δι' ὅλου αὐτὸ τί ἐσιν 29
ὁρᾶν, τί μὲν αὐτοῦ τὸ ὑλικὸν, τί δαὶ τὸ αἰτιῶδες· ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ τἀληθῆ λέγειν· τί λοιπὸν ἢ ἀπολαύειν τοῦ ζῆν, ζυνάπλουλα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθὸν, ὥσε μηδὲ τὸ βραχύταλον διάσημα ἀπολείπειν; [4] Ἐν φῶς ἡλίου, κἂν διείργῃ τοίχοις, 30
ὄρεσιν, ἄλλοις μυρίοις. [5] μία ὑσία κοινὴ, κἂν διείργῃ ἰδίως ποιοῖς ζώμασι μυρίοις. μία ψυχὴ, κἂν φύσεσι διείρζῃ μυρίαις, καὶ ἰδίαις περιγραφαῖς. μία νοερὰ ψυχὴ, κἂν διακεκριθαι δοκῇ. τὰ μὲν οὖν ἄλλα μέρη τῶν εἰρημμένων, οἷον [6] πνεύμαλα καὶ ὑποκείμμενα, ἀναίθηλα καὶ ἀνοικείωλα ἀλλήλοις· καί τοι κἀκεῖνα [7] τὸν νοῦν ζυνέχῃ καὶ τὸ ἔπειλα αὐτὰ βρῖθον. [8] διάνοια δὲ ἰδίως ἐπὶ τὸ ὁμόφυλον γίνεται, καὶ ζυνίσαται, καὶ ὑ διείρζει τὸ κοινωνικὸν πάθος. Τί ἐπιζη- 31
τεῖς; τὸ διαγίνεθαι; ἀλλὰ τὸ αἰθάνεθαι; τὸ ὁρμᾶν; τὸ αὔξεθαι; [9] το λήγειν αὖθις; τὸ φωνῇ χρῆθαι; τὸ διανοεῖθαι; τί τούτων σόθυ ζοι ἄξιον δοκεῖ; εἰ δὲ ἕκασα ἀκαλαφρόνηλα, πεῖσιθι ἐπὶ τελάταον,

τὸ

Rufus; omniſque omnino cum exiſtimatione in re
ulla eminentia. quamque vile ſit omne in quod ſtu-
dium tantopere impenditur. quantoque ſit philoſophiae
magis conſentaneum in oblata ſibi materia juſtum,
temperantem, Deis obſequentem ſe ſimpliciter prae-
ſtare. faſtus dein de faſtus contemptu inflatus omnium
28 eſt maxime intolerabilis. Interrogantibus, ubi De-
os conſpicatus, aut unde eſſe compertum habens, hos
ita veneraris, *reſponſum ſit:* primo etiam viſu percipi
poſſunt deinde, animam meam, cum nullus unquam
viderim, in honore tamen habeo. pari igitur ratione
et Deos, cum eorum potentiam jugiter experiar,
29 propterea et eſſe compertum habeo et veneror. In
hoc vitae ſalus ſita eſt, ut unumquodque quid ſit in
univerſum diſcernas; quidque materiae, quid formae
habeat. atque ex animo toto juſta facias, et vera di-
cas. quid enim ſupereſt, niſi vita frui, bonum bono
ita adnectendo, ut ne minimum quidem intervallum
30 bono vacuum relinquatur? Unum ſolis eſt lumen,
licet parietibus, montibus, aliis innumerabilibus diſ-
peſcatur. una materia communis, etiamſi corporibus
peculiaribus affectionibus diſtinctis innumerabilibus
diſpeſcatur. una anima, etiamſi naturis innumerabi-
libus, et circumſcriptionibus peculiaribus diſpeſcatur.
una anima rationalis, etiamſi dirimi videatur. aliae
ergo rerum dictarum particulae, formae nempe et
materiae ſenſus expertes, neceſſitudinis vinculo non
connectuntur ſibi invicem. et iſta tamen mens uni-
verſi continet, et facultas illa, cujus vi eodem loci
feruntur. intellectus vero adverſus contribulem ſuum
peculiariter afficitur, eidemque conſociatur, nec po-
31 teſt communionis appetitus prorſus revelli. Quid
expetis? num exiſtere? num ſentire, movere, creſ-
cere, denaſci? an rurſus voce uti, cogitare? ecquid
horum tibi deſideratu dignum videtur? ſi ergo con-
temptu digna ſatis iſta videntur omnia, ad illud perge,
quod

quod ultimum reſtat, Deo nempe ac rationi obſequi. atqui inſtituto huic repugnat, ſiquis aegre ferat, quod iſtis morte privandus ſit. Quantula pars infiniti ac 32
immenſi aevi unicuique aſſignatur? ab interminato enim quam celerrime abſorbetur. quantula item totius materiae? quantulam et animae univerſae? in quantula etiam telluris totius glebula repis? haec omnia cum cogitaveris, nihil magnum reputa, hoc ſolo excepto, ut ea facias ad quae natura tua te ducit, ea ſuſtineas quae natura communis infert. *Vide*, quo modo ſe mens utatur tua. in hoc enim 33
ſunt omnia. reliqua, ſive arbitrii tui ſint, ſive non ſint, cadavera ſunt et fumus. Nihil magis ad 34
mortem contemnendam incitaverit, quam ſi conſideres, etiam eos qui voluptatem in bonis, dolorem in malis habent, eam tamen contempſiſſe. Cui illud 35
tantummodo quod tempeſtivum eſt, bonum habetur; nec intereſſe putat, plures an pauciores rationi rectae conſentaneas actiones ediderit, mundumque longiori an breviori temporis ſpatio contemplatus ſit; huic nec mors formidabilis eſſe poterit. In hac 36
magna civitate verſatus es homo: quid tua refert, ſi quinque duntaxat annos? etenim quod ſecundum leges fit, id omnibus aequale eſt. ecquid igitur grave pateris, ſi te non tyrannus, nec judex iniquus, ſed natura quae induxit, emittat? perinde ac ſi hiſtrionem praetor qui conduxerat, è ſcena dimitteret. ſed actus fabulae quinque nondum abſolvi. recte dicis. caeterum in vita etiam tres actus fabulam integram faciunt. terminat enim hanc, qui ejuſdem olim componendae cum fuerit, nunc et diſſolvendae auctor eſt. neutrum autem horum à te eſt. diſcede ergo propitius. nam et qui te dimittit, propitius eſt.

Finis duodecim librorum Antonini.

Epiſtola

τὸ ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ. ἀλλὰ μάχεται τῷ τι-
μᾶν ταῦτα, τὸ ἄχθεσθαι, [1] ἢ διὰ τοῦ τεθνηκέναι στερή-
32 σεταί τις αὐτῶν. Πόστον μέρος τοῦ ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς
αἰῶνος ἀπομεμέρισται ἑκάστῳ; τάχιστα γὰρ ἐναναφανίζεται
τῷ ἀϊδίῳ. πόστον δὲ τῆς ὅλης οὐσίας; πόστον δὲ τῆς ὅλης
ψυχῆς; ἐν πόστῳ δὲ βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἕρπεις;
πάντα ταῦτα ἐνθυμούμενος, μηδὲν μέγα φαντάζου, ἢ τὸ
ὡς μὲν ἡ σὴ φύσις ἄγει, ποιεῖν, πάσχειν δὲ, ὡς ἡ κοινὴ
33 φύσις φέρει. Πῶς ἑαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικόν. ἐν γὰρ
τούτῳ τὸ πᾶν ἐστι· τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ προαίρετά ἐστιν, ἢ ἀ-
34 προαίρετα, νεκρὰ καὶ καπνός. Πρὸς θανάτου καταφρό-
νησιν ἐγερτικώτατον, ὅτι καὶ [2] οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν καὶ
τὸν πόνον κακὸν κρίνοντες, ὅμως τούτου κατεφρόνησαν.
35 Ὦ τὸ εὔκαιρον μόνον ἀγαθὸν, καὶ ᾧ τὸ πλείους κατὰ λό-
γον ὀρθὸν πράξεις ἀποδοῦναι τῷ ὀλιγοτέρας ἐν ἴσῳ ἐστὶ,
καὶ ᾧ τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλείονι ἢ ἐλάσσονι χρόνῳ
36 οὐ διαφέρει, τούτῳ οὐδὲ ὁ θάνατος φοβερόν. Ἄνθρωπε,
ἐπολιτεύσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει· τί σοι δια-
φέρει εἰ πέντε ἔτεσι; [3] τὸ γὰρ κατὰ τοὺς νόμους, ἴσον ἑκά-
στῳ. τί οὖν δεινὸν, εἰ τῆς πόλεως ἀποπέμπει σε οὐ τύ-
ραννος, οὐδὲ δικαστὴς ἄδικος, ἀλλ' ἡ φύσις, εἰσαγαγοῦ-
σα; οἷον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει τῆς σκηνῆς ὁ παραλα-
βὼν στρατηγός. ἀλλ' οὐκ εἶπον τὰ πέντε μέρη, ἀλλὰ
τὰ τρία. καλῶς εἶπας. ἐν μέν τοι τῷ βίῳ τὰ τρία
ὅλον τὸ δρᾶμά ἐστι. τὸ γὰρ τέλειον ἐκεῖνος ὁρίζει ὁ τότε
μὲν τῆς συγκρίσεως, νῦν δὲ τῆς διαλύσεως αἴτιος·
σὺ δὲ ἀναίτιος ἀμφοτέρων· ἄπιθι οὖν ἵλεως. καὶ γὰρ ὁ
ἀπολύων ἵλεως.

Τέλος τῶν τοῦ Ἀντωνίνου ιβ'. βιβλίων.

[1] Αδριανὸς τοῦ τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολὴ περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀδριανὸς Σεβαστὸς, Ἀρμένιος, Ἀρχιερεὺς μέγιστος, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον καὶ δέκατον, Ὕπατος τὸ τρίτον, τῷ [2] κοινῷ τῆς Ἀσίας χαίρειν. Ἐγὼ μὲν οἶδα ὅτι καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμελὲς ἐστι, μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολάσοιεν ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοὺς σεβεσθαι, ἢ ὑμεῖς· οὓς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ὑπὲρ ἧς ἔχουσιν, ὡς ἀθέων καταγορεύοντες. εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρετὸν τὸ δοκεῖν καταγορευμένοις τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου θεοῦ. ὅθεν καὶ νικῶσι, σπεύδοντες τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ὅπερ σπεύδομένοις οἷς αἰτεῖσθε πράττειν αὐτούς. περὶ δὲ τῆς ζητήσεως τῆς γεγονότων, καὶ γινομένων, [3] οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν σφέρωσι, παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων. οἱ μὲν οὖν ἀπαρρησιαστότεροι γίνονται πρὸς τὸν θεόν· ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον καθ' ὃν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῆς τε Θεῶν καὶ τῆς ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας τῆς περὶ τὸν ἀθάνατον· ὃν δὴ τοὺς Χριστιανοὺς θρησκεύοντας ἐλαύνετε καὶ διώκετε ἕως θανάτου. ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων, ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων καὶ τῷ Θειοτάτῳ ἡμῶν ἔγραψαν πατρί· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ἐνοχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μή φανερόν τι περὶ τὴν Ρωμαίων ἡγεμονίαν ἐπιχειροῦντες. καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα καταακολουθῶν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ· εἰ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν

Epiſtola Antonini ad commune Aſiae de religione noſtra.

IMperator Caeſar M. Aurelius Antoninus Aug. Armenicus, Pontifex Maximus, Tribuniciae poteſtatis XV. Conſul III. Communi Aſiae S. Equidem ſcio Diis ipſis curae eſſe, ne hujuſmodi homines lateant. Multo enim magis illis convenit punire eos qui colere ipſos recuſant, quam vobis: qui eorum, adverſus quos tumultuamini, ſententiam ac propoſitum amplius confirmatis, dum eos accuſatis tanquam impios. illis autem longe optabilius fuerit, ut in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo ſuo, quam ut incolumes remaneant. Ita victores evadunt, animas ſuas potius projicientes, quam uti ea facere quae vos jubetis, in animum ſuum inducant. Ceterum de terrae motibus qui vel facti ſunt vel etiamnum fiunt, non abſurdum videtur vos commonere, qui et animos abjicitis quoties hujuſmodi caſus contingunt, et veſtra cum illorum inſtitutis comparatis. Atqui illi quidem majorem tunc fiduciam in Deo collocant: vos vero per omne illud tempus quo prae imperitia labi mihi videmini, Deos negligitis: et tum alias caeremonias inſuper habetis, tum cultum Immortalis illius. Et Chriſtianos qui illum venerantur, expellitis, et ad mortem uſque infeſtius perurgetis. Porro de his hominibus plurimi provinciarum rectores, Divo patri noſtro antea ſcripſerunt: quibus ille reſcripſit; ejuſmodi homines nulla moleſtia afficiendos eſſe, niſi forte contra ſtatum imperii Romani aliquid moliri viderentur. Sed et multi ad me de illis retulerunt: quibus ego patris mei conſtitutionem ſecutus reſpondi. Quod ſi quis adhuc pergit cuiquam illorum ne-

gotium faceſſere ex eo quod Chriſtianus ſit, delatus quidem crimine abſolvatur, tametſi conſtet eum reipſa Chriſtianum eſſe. Delator autem ipſe paenas luat.

Marci Imperatoris Epiſtola ad Senatum: qua teſtatur Chriſtianos victoriae eorum (Romanorum contra barbaros) *cauſam fuiſſe.*

IMperator Caeſar M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano et ſacro Senatui ſalutem. De magnitudine propoſiti mei certiores vos feci, quales ad confinia Germaniae ex diſcrimine inter circumfuſa *hoſtium* caſtra me affixerint defatigationes atque moleſtiae, cincto me à ſeptuaginta cohortibus novem miliarium ſpatio in Cotino. Qui cum non longe abeſſent, exploratores id nobis indicarunt: et Pompejanus copiarum noſtrarum militarium praefectus ea ſignificavit, quae prius nobis cognita erant: (cinctus autem eram magna eaque immani multitudine copiarum legionis primae, decimae, geminae, ferentariorum) exercitum miſſum ex omni turba conferta nongentorum ſeptuaginta millium adeſſe. Ipſe igitur vires meas inquirens, et copiarum numerum cum multitudine barbarorum atque hoſtium conferens, ad preces diis patriis fundendas properavi. Sed ab iis neglectus, et copias meas in anguſtum redactas cernens, evocavi, qui apud nos dicuntur, Chriſtianos, ac per inquiſitionem magnum eorum inveni numerum: acriuſque in eos infremui: quod quidem minime factum oportuit, propter eam, quam in illis poſtea comperi, virtutem. Unde illi pugnam, non à telorum armorumque expeditione, neque à tubarum claſſico exorſi ſunt: quod tale quid adverſum eis ſit, propter Deum, quem ſecum in conſcientia geſtant: (quapropter aequum eſt, quos atheos

eſſe

τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων ὡς δὴ τοιοῦτον, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοιοῦτος ὤν· ὁ δὲ καταφέρων ἔνοχος ἔσται δίκης.

---

[1] Μάρκου βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς τὴν σύγκλητον, ἐν ᾗ μαρτυρεῖ, Χριστιανοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι τῆς νίκης αὐτῶν.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Αντωνῖνος, Γερμανικὸς, Παρθικὸς, Σαρματικὸς, δήμῳ Ρωμαίων καὶ τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ χαίρειν. φανερὰ ὑμῖν ἐποίησα τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη, ὁποῖα ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθορίᾳ [2] καμὼν καὶ σπαθὼν, [3] ἐν Κοτίνῳ καταλαμβανομένου μου [4] ὑπὸ δρακόντων ἑβδομήκοντα τεσσάρων ἀπὸ μιλίων ἐννέα. γενομένων δὲ αὐτῶν ἐγγὺς ἡμῶν, [5] ἐξπλωράτωρες ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ Πομπηϊανος ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν, ἅτινα εἴδομεν· (καταλαμβάνομενος δὲ ἤμην ἐν μεγέθει πλήθους ἀμίκτου, στρατευμάτων λεγεῶνος πρίμας, δεκάτης, [6] γεμιναφρεντησία) [7] μίγμα κατηριθμημένον πλήθη παρεῖναι παμμίκτου ὄχλου χιλιάδων ἐννακοσίων ἑβδομηκονταεπτά. ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὔχεσθαι πατρῴοις. ἀμελούμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν, καὶ τὴν στενοχωρίαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους Χριστιανούς· καὶ ἐπερωτήσας, εὗρον πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν, [8] καὶ ἐμβριμησάμενος εἰς αὐτούς· ὅπερ οὐκ ἔπρεπε, διὰ τὸ ὕστερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν. ὅθεν ἀρξάμενοι, [9] οὐ [10] βελῶν παράρτησιν, οὔτε ὅπλων, οὔτε σαλπίγγων, διὰ τὸ ἐχθρὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς, διὰ τὸν Θεὸν ὃν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν·

(εἰκὸς

(εἰκὸς ἦν ἐσὶν, ὡς ὑπολαμβάνομεν ἀθέους εἶναι, [1] Θεὸν ἔχοντιν αὐτόμαλον ἐν τῇ συνειδήσει τέλειχισμένον·) ῥίψαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ὑπὲρ ἐμοῦ μόνον ἐδεήθησαν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος, [2] παρήγοροι γενέσθαι δίψης καὶ λιμοῦ τῆς παρούσης. πεμπταῖοι γὰρ ὕδωρ οὐκ εἰλήφειμεν διὰ τὸ μὴ παρεῖναι. ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομφάλῳ τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ὄροις αὐτῶν· ἅμα δὲ τῷ τύτους ῥίψαι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοὺς, καὶ εὔχεσθαι Θεῷ, ᾧ ἐγὼ ἠγόνων, θεῖος ὕδωρ ἠκολούθει οὐρανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρόταλον, ἐπὶ δὲ τοὺς Ρωμαίων [3] ἐπιβούλους, χάλαζα πυρώδης. ἀλλὰ καὶ ἀθὺ Θεοῦ παρουσίαν ἐν ἀρχῇ γινομένην παραυτίκα, ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ [4] ἀκαταλύτου. αὐτόθεν ἦν ἀρξάμενοι συγχωρήσωμεν τοῖς τοιύτοις εἶναι Χριστιανοῖς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιῦτον αἰτησάμενοι ὅπλον, ἐπιτύχωσι. τὸν δὲ τοιῦτον συμβουλῶ, διὰ τὸ τοιῦτον εἶναι Χριστιανὸν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. εἰ δὲ ἀρεθείη τις ἐγκαλῶν τῷ Χριστιανῷ ὅτι Χριστιανός ἐσι, τὸν μὲν προσαγόμενον Χριστιανὸν πρόδηλον εἶναι βούλομαι [5] γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἄλλο ἕτερον μηδὲν ἐγκαλύμενον, ἢ ὅτι Χριστιανός ἐσι μόνον· τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον ζῶντα καίεσθαι. Τὸν δὲ Χριστιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ συνασφαλισάμενον περὶ τοῦ τοιύτου, τὸν πεπισδμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μελάνοιαν καὶ ἀνελδθερίαν τοιῦτον μὴ μελάγειν. ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι, καὶ κελδω τοῦτό μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ φόρῳ τοῦ Τραϊανοῦ προτεθῆναι, πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεσθαι. [6] φρουρίσι ὁ πραίφεκτος Βιθράσιος Πολλίων εἰς τὰς περιξ ἐπαρχίας πεμφθῆναι. πάντα δὲ τὸν βυλόμενον χρῆσθαι καὶ ἔχειν, μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ' ἡμῶν.

eſſe ſuſpicati ſumus, *ut eos norimus* Deum in conſcientia *quaſi* incluſum habere ſponte facientem *quae deſiderant)* nam projicientes ſe in terram, non pro me tantum, ſed et pro exercitu, qui tum ibi aderat, precati ſunt, ita ut ſolatio nobis eſſent in praeſenti fame et ſiti. in quintum enim jam diem aquam, quum ea haud praeſto eſſet, non ceperamus. Nam in meditullio Germaniae, et in finibus hoſtium eramus. Simul atque vero illi in terram ſunt provoluti, atque Deum precati, quem ego ignorabam, confeſtim aqua de coelo eſt conſequuta, in nos illa quidem frigidiſſima, in Romanorum vero hoſtes grando ignea. Sed et cum oratione ipſa illico praeſentia DEI affuit, tanquam inſuperabilis et invicti. Inde igitur incipientes, permittamus hiſce, Chriſtianos eſſe, ut ne ſimile telum adverſus nos precibus impetrantes, voti compotes fiant. Hominem igitur hujuſmodi, eo quod Chriſtianus ſit, haud in jus vocandum ſtatuo. Si quis autem inveniatur Chriſtianum, propterea quod Chriſtianus ſit, deferre; delatum ipſum Chriſtianum, nullo alio crimine accuſatum quam quod Chriſtianus ſit, ubi hoc confeſſus fuerit, manifeſto ſe talem gerere, delatorem vero ipſum vivum comburi volo. At Chriſtianum confeſſum, ac eo nomine ab omni periculo liberum, is cui provinciae praefectura credita eſt, ad poenitentiam ejuſmodi profeſſionis et ſtatum illiberalem non traducet. Haec vero etiam Senatuſconſulto confirmari volo: et conſtitutionem hanc meam in foro Trajani proponi jubeo, ut legi poſſit. Illam quoque in provincias quaſque mittendum curabit Verafius Pollio praefectus. Quicunque autem hac uti, et habere (exemplar ejus) voluerit, ne id ex eo, quod à nobis propoſitum eſt, *deſcriptum* accipere prohibeatur.

Epiſtola

1 *Epiſtola Marci ad praefectum ſuum, qua eum certiorem facit, ſe Avidio Caſſio Syriacas legiones commiſiſſe.*

AVidio Caſſio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, et 2 Daphnicis moribus agentes, quas totas 3 excaldantes ſe reperiſſe Coeſonius Vectilianus ſcripſit. et puto me non erraſſe, ſiquidem et tu notum habeas Caſſium, hominem Caſſianae ſeveritatis et diſciplinae. neque enim milites regi poſſunt niſi vetere diſciplina. Scis enim verſum 4 à bono poëta dictum et omnibus frequentatum, *Moribus antiquis res ſtat Romana virisque.* tu tantum fac adſint legionibus abunde commeatus, quos (ſi bene Avidium novi) ſcio non perituros.

Reſponſio praefecti ad Marcum.

REcte conſuluiſti, mi domine, quod Caſſium praefeciſti Syriacis legionibus. Nihil enim tam expedit quam homo ſeverior 5 Graecanicis militibus. Ille ſane omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo et ſinu militi excutiet. Annona militaris omnis parata eſt, neque quicquam deeſt ſub bono duce: non enim multum aut quaeritur aut impenditur.

Epiſtola Veri ad M. Antoninum.

AVidius Caſſius avidus eſt imperii, quantum et mihi videtur, et jam inde ſub avo meo patre tuo innotuit, quem velim obſervari jubeas. Omnia ei noſtra diſplicent, opes non mediocres parat, literas noſtras ridet. te philoſopham aniculam, me luxurioſum morionem vocat. vide quid agendum ſit: ego hominem non odi: ſed vide ne tibi et liberis tuis

tuis non bene consulat, quum tales inter 1 praecinctos habeas quales milites libenter audiunt, libenter vident.

Rescriptum Marci de Avidio Cassio.

EPistolam tuam legi, et solicitam potius quam imperatoriam, 2 et non nostri temporis. Nam si ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamsi velimus. Scis enim proavi tui dictum, *Successorem suum nullus occidit.* sin minus, ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos inciderit. Adde quod non possumus reum facere quem nullus accusat, et (ut ipse dicis) milites amant. Deinde in causis majestatis haec natura est, ut videantur vim pati etiam 3 quibus probatur. Scis enim ipse quid avus tuus Adrianus dixerit, *Misera conditio imperatorum, quibus de affectata tyrannide nisi occisis non potest credi.* Ejus autem exemplum ponere, quam Domitiani qui hoc primus dixisse fertur, malui. Tyrannorum enim etiam bona dicta non habent tantum auctoritatis, quantum debent. Sibi ergo habeat suos mores, maxime cum bonus dux sit et severus, et fortis et Reipub. necessarius. Nam quod dicis, liberis meis cavendum esse morte illius, plane liberi mei pereant si magis amari merebitur Avidius quam illi, et si Reipub. expediet Cassium vivere quam liberos Marci.

Epistola Marci ad Faustinam Imperatricem.

VErus mihi de Avidio verum scripserat, quod cuperet imperare. Audisse enim te arbitror quod 4 aeruscatores de eo nuntiarent. veni igitur in Albanum, ut tractemus omnia diis volentibus, nihil timens.

Epiſtola Fauſtinae ad Marcum.

IPSA in Albanum cras, ut jubes, mox veniam: tamen jam hortor, ut ſi amas liberos tuos, iſtos rebelliones acerrime 1 proſequaris. Male enim aſſueverunt et duces et milites: qui niſi opprimuntur, opprimunt.

Alia Epiſtola ejuſdem Fauſtinae ad Marcum.

MATER mea Fauſtina patrem tuum Pium ejuſdem in defectione Celſi ſic hortata eſt, ut pietatem primum circa ſuos ſervaret, ſic circa alienos. Non enim pius eſt imperator qui non cogitat uxorem et filios. Commodus noſter vides in qua aetate ſit: Pompejanus gener et ſenior eſt et peregrinus. Vide quid agas de Avidio Caſſio et de ejus conſciis. Noli parcere hominibus qui tibi non pepercerunt: et nec mihi nec filiis noſtris parcerent, ſi viciſſent. Ipſa iter tuum mox conſequor: quia Fadilla noſtra aegrotabat, in Formianum venire non potui. ſed ſi te Formiis invenire non potero, aſſequar Capuam: quae civitas et meam et filiorum noſtrorum aegritudinem poterit adjuvare. Soteridam medicum in Formianum ut dimittas rogo. Ego autem Piſitheo nihil credo, qui puellae virgini curationem neſcit adhibere. Signatas mihi literas Calphurnius dedit, ad quas reſcribam ſi tardavero, per Caecilium ſenem ſpadonem, hominem (ut ſcis) fidelem: cui verbo mandabo quid uxor Avidii Caſſii, et filii, et gener de te jactare dicantur.

Antonini Reſponſio.

TU quidem mea Fauſtina religioſe pro marito et pro noſtris liberis agis. Nam relegi Epiſtolam tuam in Formiano, qua me hortaris ut in Avidii conſcios vindicem. Ego vero et ejus liberis parcam, et genero, et uxori, et ad Senatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit, aut poena crudelior. Non enim quicquam eſt quod imperatorem Romanum melius commendet gentibus quam clementia. Haec Caeſarem Deum fecit, haec Auguſtum conſecravit, haec patrem tuum imprimis Pii nomine ornavit. Denique ſi ex mea ſententia de bello judicatum eſſet, nec Avidius eſſet occiſus. Eſto igitur ſecura, Dii me tuentur, diis pietas mea cordi eſt. Pompejanum noſtrum in annum ſequentem conſulem dixi.

Ex Oratione M. Antonini quam ad Senatum miſit.

HAbetis igitur P. C. pro gratulatione victoriae generum meum conſulem. Pompejanum dico: cujus aetas olim remuneranda fuerat conſulatu, niſi viri fortes interveniſſent, quibus reddi debuit quod à republ. debebatur. Nunc quod ad defectionem Caſſianam pertinet, vos oro atque obſecro P. C. ut cenſura veſtra depoſita meam pietatem clementiamque ſervetis, imo veſtram: neque quemquam ullum ſenatus occidat. Nemo ſenatorum puniatur, nullus fundatur viri nobilis ſanguis: deportati redeant, proſcripti bona recipiant. Utinam poſſem multos etiam ab inferis excitare. Non enim unquam placet in imperatore vindicta ſui doloris: quae etſi juſtior fuerit, acrior videtur. Quare filiis Avidii Caſſi et genero et uxori veniam dabitis. Et quid dico veniam? quum illi nihil fecerint. Vivant igitur ſecuri, ſcientes ſub

Marco ſe vivere. Vivant in patrimonio parentum pro parte donato: auro, argento, veſtibus fruantur: ſint divites, ſint ſecuri, ſint vagi et liberi, et per ora omnium ubique populorum circumferant meae, circumferant veſtrae pietatis exemplum. Nec magna haec eſt P. C. clementia, veniam proſcriptorum liberis et conjugibus dari. Ego vero à vobis peto ut conſcios ſenatorii ordinis et equeſtris à caede, à proſcriptione, à timore, ab infamia, ab invidia, et poſtremo ab omni vindicetis injuria: detiſque hoc meis temporibus, ut in cauſſa tyrannidis, qui in tumultu cecidit, probetur occiſus.

ANNOTA-

ANNOTATIONES
IN
M. ANTONINI
LIBROS DUODECIM.

LIBER I.

PAG. 2. Not. 1. Hic titulus à viris doctis varie explicatur. verisimile tamen est, ut putat *Dacierius*, hoc titulo insignitos fuisse hosce libros, quia continent meditationes quas secum privatim habuit *Antoninus*, et quia per totum opus ad se unum loquitur. 2 Τὸ μὲν εἰς δημοσίας, sive τὸ εἰς δημοσ. &c. negativa prorsus expuncta, legit *Meric. Casaub.* ductus illis *Capitolini* verbis. *Frequentavit et declamatorum Scholas publicas.* Negativam retinet *Dacier.* et illa *Capitolini* verba intelligit de *Marco* nostro, viro facto, et imperium adepto, non puero, prout hic locus intelligi debet. 3 Σκυτόριος legendum censet *Lipsius.* Saturn. l. 2. c. 24. ita ut parmularius sit, qui Thracibus, parmas gestantibus; secutorius sive secutorianus, qui Secutoribus favebat. De his videsis *Lipsium* et antiquitatum scriptores. 4 Legendum cum *Gatakero* δυσπρόσδεκτον. 5 Ὀρλυγοκοπεῖν *Suid.* Ludi genus Graecis familiare, de quo consuli possunt *Suidas* et *Pollux.* l. 9. c. 8. *Gatak.* 6 Forsan Εὐτυχίῳ: nam *Eutychius Proculus Siccensis* inter grammaticos Latinos, quibus *Marcus* usus est, à *Capitolino* ponitur. *Gatak.* 7 *Casaub.* ad *Capitol. Andronem* legi debere censet, hoc enim *Magistro Musico ac Geometra* usus est Marcus. nec minus probabilem fore conjecturam putat *Gatakerus*, si legatur *Basilides*, quem Marco *praeceptorem* quoque fuisse memoriae proditum est.

8 Pro

8 Pro *Marciano*, *Metianum* ſubſtituendum eſſe ſuſpicatur *Gatak.* de quo *Capitol. Studuit et Juri, Audiens L. Voluſium Metianum*: vel cum *Caſaub. Moetianum*, quae proclivior erit mutatio. 9 Eorum nempe qui à Philoſophis Stoicis inſtituebantur. *Caſaub.* ad *Perſ. Sat.* 3. v. 53.

P. 3. * Prius erat *rebus iſtiuſmodi animum adjicerem*, quod vim verbi ἐπλοῆδαγ non ſatis exprimit. de eo enim hoc dicitur, qui prae inſano alicujus rei ſtudio apud ſe vix eſt, et amantium inſanias praecipue denotare ſolet. Sic *Lucianus*, ἐς γυναῖκας ἐπλοῆδαγ, et in fragmento *Sapphus* apud *Longinum*. Τὸ μοὶ τὰν καρδίαν ἐν ϛήθεσιν ἐπλόασεν, quod vertit *Catullus*. *Miſero quod omnes* " *Eripit ſenſus mihi.*

P. 4. † *Studiis abſtinuerim* vertit *Gatak.* verum non crediderim *Antoninum* adeo ſui oblitum eſſe, ut dicat ſe ab his ſtudiis penitus abſtinuiſſe, cum paulo ſupra, in parte laudis pueritiae ſuae ponat, quod dialogos puer ſcripſerit, γράψαγ διαλόγους ἐν παιδί. Neque hoc à diſcipulis ſuis exigunt Stoici, cum ut ait *Seneca* (*Epiſt.* 88.) Studia liberalia *ſunt hactenus utilia, ſi praeparant ingenium, non detinent.*

P. 5. 1 Τὸ legi vult *Gatak.* vel τῷ cum *Mer. Caſaub.* quod et expreſſit in verſione. 2 Ἐνεργηλικὸν *Xyland.* optime, opinor: quod bifariam poteſt intelligi, vel de eo qui occupatiſſimum eſſe ſe ſimulat, cujuſmodi eſt ille apud *Martialem* l. 1. epigr. 80. *Semper agis cauſas et res agis Attale ſemper* &c. vel de eo qui virium roboriſque corporei oſtentandi gratia ſe exercet. *Gatak.* 3 Ἀϛρολογίας *Xyland.* Ego tamen nihil iſthic movendum cenſuerim, cum ἀϛειολογία ſermonis elegantiam, ſeu feſtivitatem indicet, cujus ſtudium cum *Rhetorica* et *Poetica* aptiſſime conjungitur. *Gatakerus.* 4 Stola fuit veſtis muliebris ut et Citharoedica, et Scenica, at tali amictu nec domi nec foris *Marcus* noſter honeſte uti potuit. Stolam itaque laxius noſter hic uſurpaſſe videtur, pro toga, ſive prolixiore quavis veſte, qua induti in publicum procedere ſolebant. *Gatak.* 5 Tranſlatum videtur à re militari. ἀναλητικον enim eſt *claſſicum, quo receptui ſignum*

num datur. Ἐανακλήτως itaque διακεῖσθαι, prout *Marcus* noster loquitur, proprie is dicitur, *qui ad classicum illud exaudiendum promptus est*, et ad pugnam intermittendam proclivis, atque hinc ducta metaphora, *qui ad simultates deponendas facilem se exhibet. Gatak.* 6 Εὐδιαλλάκτως *Xyland.* quod sequitur *Gataker.* 7 Περὶ [ἄλλων] [vel περὶ [αὐτῶν] λαλοῦσι *Xyland.* ut vel de *calumniatoribus*, vel de *Ardelionibus*, quos Graeci dicunt περιαυτολόγους, intelligatur. verum retineri potest illud περιλαλεῖν, ut blaterones, garruli, nugacesque designentur. *Gatak.* 8 Hominis est qui certo semper proposito, et consilio res agit, qui non fluctuat in deliberatione sua nec quicquam incertis fortunae casibus, eorum quae acturus est, permittit, quod qui faciunt, κυβεύειν τοῖς πράγμασι Graeci eos dicunt. *Salmas.* 9 Sic infra c. 16. τὰς δοκούσας τιμὰς, ut et l. 4. c. 3. τῶν ἐφημεῖν δοκούντων. quia hoc loco multa vulgo habentur, quae Stoici eo nomine neutiquam dignanda censent. *Gataker.* 10 Sexto sc. Chaeronensi, *Plutarchi* nepote. *Gatak.* ex *Capitolino* et *Eutropio.*

P. 6. 1 *In consulendo amicis sagacitatem* vertit *Xyland.* ut στοχάζεσθαι hic sit *conjectari*, et *conjectando sagaciter indagare* quid quis velit, quove opus habeat. Atque ita *Marcus* usus est infra, c. 14. Μὴ δεῖσθαι στοχασμοῦ τοὺς φίλους. Sed melius *Casaub. Amicorum ingenia sedulo observare*, ut στοχάζεσθαι isthic sit *observare*, et *observando rationem alicujus habere*, quo ad ingenium ejusdem se accommodet. *Gatak.* 2 Legendum fortasse τοῦ ἀθεωρήτου τῶν οἰομένων. i. e. *inconsiderantiam eorum qui leviter res perpendunt, et solam* οἴησιν, *pro attentiore et districtiori examinatione afferunt. Salmas.* Forsan καὶ τῶν ἀθεωρήτως οἰομένων, *eosque qui citra considerationem opinantur, et de rebus quibusvis temere statuunt. Gatak.* 3 *Quod bene passim audiret, idque sine strepitu*, quum *nec ipse* sc. *sibi plauderet*, et aliorum plausus nihil moraretur, sed supprimeret potius: quod de *servatore* nostro *Evangelistae.* Atque hoc

hoc ſenſu εὔφημον accepit *Caſaub.* ac ſi τὸ εὔφημον idem eſſet, quod τὸ εὔδοξον. Verum cum pro honorifica exiſtimatione externis indiciis palam facta, quae ſolet aliis exhiberi, frequentiſſime adhibeatur, ut et ab ipſo *Marco* infra. c. 13. hunc ſenſum in verſione expreſſit *Gatak.* 4 Ut *ſcirem* vertit *Xyland.* potius ut *conſiderarem, animadverterem*, eſt enim ab ἐφίστημι, non ab ἐπίσταμαι. *Gatak.*

P. 9. 1 Οὐήρῳ legendum cenſet *Joſ. Scal.* ad *Euſeb.* et *Salmaſ.* ad *Capitol.* quod et ipſe aliquando ſuſpicatus eram ex *Dione Caſſ.* et *Capitol.* apud quos *Verus Marci* frater adoptione et imperii conſors toties occurrit. ſed cum *Verus* ille vitae fuerit impuriſſimae, *Claudium Severum* Philoſophum Peripateticum, quem inter caeteros audiviſſe *Marcum* noſtrum auctorem habemus *Capitolinum*, intellexiſſe crederem; niſi quod non conſtat, qua ratione fratrem illum appellaret, ideoque pro ἀδελφῷ quid ſi legamus φίλῳ? *Gatak.* *Severum* Peripateticum hic intelligi putat *Dacier.* et fratrem eum *Marcum* appellare, quia eum fratris loco dilexit. 2 Legendum videtur vel cum *Mer. Caſaub.* Παρὰ Κλ. Μαξίμῳ. vel cum *Salmaſ.* et *Gatak.* Παρὰ Μαξίμῳ. 3 Ita *Baſil.* ſed perperam: itaque legendum eſt vel παράφορον cum *Junio*, vel περίφορον cum *Mer. Caſaub.* Prius in verſione ſequitur *Gatak.* 4 Πράττει *Gatak.* 5 Προσεσηρὸς *Gatak.* Vertit *Xyland. Gaudii nimium: Caſaub. ridere*, ſed ita ut *riſus exceſſum* deſignet. At *Gatakerus* vertit, *ringi*, i. e. *tacitum ſtomachari, cum aliud prae te feras*, uti explicat *Donatus* in *Terent.* Σεσηρέναι enim eſt *dentibus renidere*, et uſurpatur plerumque *de riſu ſimulato*, qualis eorum qui Graecis γναθμοῖς ἀλλοτρίοις, Latinis, *malis alienis ridere* dicuntur, vel etiam de indignatione diſſimulata, et quae iſtiuſmodi oris habitu ſe prodit, qui riſum vel irriſionem prae ſe fert. *Gatak.* 6 Cum hoc verbum non alibi occurrere putat *Gatakerus*, legi vult ὑ χαριεντίζεσθαι, et ſic vertit. At receptam lectionem retinent *Xyland. Caſaub.* et *Dacier.* et hic deſignari volunt, *facetias homine liberali et ingenuo dignas.*

P. 10.

P. 10. 1 Vocabulum compoſitione nova, vel à noſtro fabricatum vel à ſuis receptum: hoc enim Stoicis familiare fuit nova ſubinde, prout uſus poſtularet, procudere vocabula. *Gatak.* Vertit *Xyland.* *quod utilitati publicae omnes curas impendebat.* At *Iſaac. Caſaub.* et *Salmaſ.* ad *Hiſt. Aug.* explicant *de civilitate, et virtute illa, per quam cenſeri communi cum caeteris civibus jure, aequo animo aliquis patitur.* 2 Καὶ ὅτι ὁ πρα-πέση ex conjectura corrigit *Gatak.* 3 Συσαλῆναι *Xyland.* verum mutatu nihil opus: cum et σέλλεσθαι et σαλῆναι, comprimendi, reprimendique ſenſum obtineat. *Gataker.* 4 Τινῶν *Xyland.* cui aſſentit *Gatak.* 5 Vocem hanc è margine in textum irrepſiſſe putat *Mer. Caſaub.*

P. 13. 1 Tranſponenda illa τῆς τὴν et legendum τὴν τῆς. Verum deeſſe vocula aliqua videtur cui articulus prior innitatur. Itaque ἐμπειρίαν poſt πραγμάτων ſupplet *Patr. Junius*, qui et ἱστορίας nomine non *Hiſtoriam* vult intelligi, ſed *peregrinationem*, et *locorum diſſitorum luſtrationem*: ego *notitiam* opinor quoquo modo acquiſitam. *Gatak.* 2 Loco huic ſine dubio corrupto ſic medetur *Salmaſ.* qui legit τοιούτοις. ἄνθρωπος δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκώς. vel etiam τοῖς τοιβολόποις. πρὸς αὐτὸ τὸ δέον πραχθῆναι δεδορκώς. 3 Εν illud exhibet *Baſil.* omittit *Sal.* et *Lugd.* retinet *Caſaub.* ego vel expunxerim, vel ſi retinere viſum, ἀωρία legerim. *Gatak.* 4 Σώματα hic pro *ſervis* ſive *famulis* uſurpatur, ſic *Anthолog.* l. 1. Σώματα πολλὰ τρέφειν i. e. *Servos.* et *Ariſtot. Rhetor.* l. 1. c. 5. ἀθενεια κτημάτων καὶ σωμάτων, mox σωμάτων illud quaſi explicans quid velit, ἀνδραπόδων inquit πλήθει καὶ μεγέθει, καὶ κάλλει διαφερόντων. *Romanorum* autem hac in parte curioſitatem, an luxuriam, tangit inter caeteros *Juvenal. Sat.* 5. v. 55. et *Seneca. epiſt.* 95. *Gatak.* 5 Επιχώριος, vel ἐπὶ Λωρίῳ *Salmaſ.* ſi prius legatur, intelligendus eſt de veſte indigena, non exotica. Sin hoc, quod

quod etiam editio *Lugd.* exhibet, *Lorium* villam designat, in qua pius et educatus et versatus plurimum : palatium enim ibi construxit, et tandem ibidem defunctus est, auctore *Capitolino*. *Gatak.* 6 Intellige vel de vico quodam hoc nomine *Romae* appellato, in quo vulgares togae fiebant, ac venum ibant, vel potius de villa aliqua rustica infra *Lorium* ubi ejusmodi togae fiebant. *Salmas.* 7 Forsan, ἀχίτων ἐν Λαυβίῳ τὰ πολλὰ, ut intelligat sine tunica *Lanuvii* egisse *Pium*, quod in *Catone minore* notat *Plutarchus*, καλασὰς εἰς τὴν ἀγορὰν ἀποδύηλος, ἢ ἀχίτων. Vel ceetiam ἐν χιτῶνι, seu χιτὼν ἐν Λαυβίῳ τ. π. ut in sola tunica secessum illum *Lanuvinum* transegisse dicatur, quomodo plerumque *Romani* ruri solebant et in provinciis. Hinc tunicata quies tam saepe *Martiali* laudata. l. 10. *ep.* 51. *Salmas.* 8 Τῷ φελώνῃ ἐν Τυσκλοις, an Τυσκοις, παραλυμφώς ἐχρήσαλο. cum in *Tuscos*, an *Tusculanos* agros secederet non jam tunicatus ibi agebat ut *Lanuvii*, sed penulam superinduebat : quod cum faceret, excusabat tamen se et quasi veniam deprecabatur, hoc est quod ait παραλυμφώς ἐχρήσαλο. *Salmas.* 9 Ο τρόπος τοιῦτος *Boot.*

P. 14. 1 Conjicit *Gatak.* ἐπικαρλερεῖν, vel ἐξκαρλερεῖν. 2 Οἷος *Gatak.* 3 Supplendum ἀγαθὰ, quod excidisse existimem, ut sit [ἀγαθὰ] χεδὸν ἅπανλα χεῖν. *Gatak.* 4 Est de tempore, quod liberum datur, aliquid sumere, quo cum possis frui nolis tamen. Phrasis duriuscula, et insolens. *Gatak.* 5 *Lipsius* ad *Tacit. principatus insignia* intelligi vult, inter quae *ignis praelatio*, de quo more *Herodianus* passim. Verum *M. Casaub.* in adversum contendit, *Lampadasque* et *statuas* sive *imagines* eodem refert, ad *simulacra* sc. *lampadas manibus gestantia*, de quibus *Lucret.* l. 2. v. 25. et *Homer. Odyss.* ή. v. 100. *Casaubono* accedit *Dacier.* 6 Legendum cum *Gatakero* μὴ διὰ, sive ut *M. Casaub.* νὴ Δία μὴ διὰ τῦτο. 7 Quis hic sit *Marci* frater, se nescire profi-

profitetur *Gataker.* at intelligi vult *Dacier.* de *Lucio Vero* imperii conſorte, quem licet vitae impuriſſimae unice *Marcum* noſtrum amaſſe teſtem affert *Capitolinum.*

P. 17. 1 Pro μὴ, με adſcripſi ſenſu exigente. *Gatak.* 2 Ἐπιπνοίας mavult *Gatak.* atque ita *Mer. Caſ.* 3 Ex pellicibus aulicis videtur illa fuiſſe, ex exoletorum numero iſte. *Gatak.* 4 Uxor ejus fuit *Fauſtina, Pii* filia, mulier famoſiſſima, et moribus nequiſſimis ſi de ea vera narrant Hiſtorici: quod tamen, ut ait *Capitolinus, Antoninus vel neſcivit vel diſſimulavit,* cum *ea laudata petiit à ſenatu ut honores* illi mortuae *eidemque decernerent,* et in illius memoriam quam plurima fecit, prout videre eſt apud *Capitolinum* in ejus vita. 5 Ita *Xyland. in not.* et vertit *quomodo utaris.* at in verſione *ſicut Craeſae,* ut ſit nomen proprium loci alicujus. Χρύσῃ legit *Mer. Caſ.* et alludi putat ad *Chryſen* Homericum *Phaebi* ſacerdotem Deis vota facientem παρὰ θῖνα πολυφλοισβοῖο θαλάσσης Ιλ. ά. nam *Cajeta* oppidum *Campaniae* maritimum. Χρύσῃ etiam legit *Dacier.* Sed intelligi vult de loco, non homine, erat autem *Chryſa* villa in *Troade* ſita, *Apollini* ſacra. *Gatakerus* in verſione ſequi videtur lectionem *Salmaſii,* καὶ τύτυ ἐν Καρίτῃ ἀτυχῆσαι. 6 [Τὸ] ὅπως τε *Salmaſ.* τὸ ὅπως ἐπ. *Gatak.* 7 Forſan ἀποκαθῆναι. *Gatak.* 8 Τύχης nomine *providentiam divinam* intelligere videtur, vel *caſus* potius *fortuitos,* rerumque contingentiam providentia divina diſpoſitam et gubernatam. Stoici enim omnia fato fieri ſtatuebant, et fortuita etiam quae dicuntur eodem referebant. *Gatak.* Sic l. 2. c. 3. Τὰ τῆς τύχης ἀπ' ἄνθ φύσεως, ἢ ξυγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῆ προνοίᾳ διοικημένων.

ANNOTATIONES in LIB. II.

PAG. 18. Not. 1. Subintelligendum δεῖ, χρὴ, μέμνησο, vel tale quid. *Gatak.* 2 Αἰσχρῷ περιβάλλειν, ut et κακῷ περιβάλλειν infra c. 11. metaphora ab amictu ducta, qui corpori circumjicitur. Sic *Psal.* cix. *v.* 18, 19. ἐνεδύσατο κατάραν ὡς ἱμάτιον.—γενηθήτω αὐτῷ ὡς ἱμάτιον ὃ περιβάλλεται. *Gatak.* 3 Eandem distributionem habes saepius repetitam l. 3. c. 16. l. 12. c. 3. Idem fere aliis verbis *Apostolus* ad *Thessal. ep.* 1. *c.* 5. *v.* 23. Τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. quo loco τὸ σῶμα est quod *Marco* hic σαρκία· ἡ ψυχὴ, quod πνευμάτιον· τὸ πνεῦμα, quod τὸ ἡγεμονικόν. *Gatak.* 4 Forsan ἐρωτηματικῶς legi debet οὐ δέδοται; *annon datur? annon in tua potestate positum est*, ut hoc facias? h. e. ut distractione et perturbatione omni immunem te reddas. *Gatak.* 5 Sic *Gataker.* verum omnes, quas vidi, editiones habent κροκύφαντος genere masculino. Hoc autem nomine nec *omentum* cum nonnullis, nec *cutem* cum *M. Casaub.* designari existimat *Gatak.* sed *contextum* illum integrum qui per corpus totum permeat, *venarum*, *nervorum*, *arteriarum* intercursantium, sibique invicem implexorum, quo corporis moles quasi continetur et constringitur. 6 Forsan ἐπινοήθητι. *Gatak.* 7 Ορμὴ ἀκοινώνητος videtur *motus* sive *impulsus* ejusmodi denotare *qui à naturae communis generisve humani communione ac commoditate alieni sint*. Inculcat enim *Marcus* passim, esse hominem ζῶον κοινωνικὸν l. 5. c. 16, 30, *&c.* et ab eo actiones eas motusque exigit, qui sint ὁρμαὶ καὶ πράξεις κοινωνικαὶ l. 11. c. 37. *Gatak.* 8 *Subterfugere* vertit *Xyland.* quem et *Mer. Casaub.* sequitur. Forsan ergo ὑπεκδύεσθαι legerant, at malim ego ὑποδείσασθαι, pavere. *Gatak.*

P. 21. 1 Transitio à numero ad numerum haud infrequens. sic *Pythag. aur. Carm.* Βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως

μὴ

μὴ μωρὰ ποιῇ). *Gatak.* 2 Legendum tranſpoſitis vo-culis ὦ ἐὰν μὴ εἰς τὸ ἀπ'. vel ὦ ἐὰν ἐ. τ. ἀ. μὴ χρήσῃ. *Gatak.* 3 Ἀπὸ τῦ κρείττονος λόγυ reſcribi poſtulat *Annotator Lugd.* Sed nihil mutandum, et vertendum, *à diſtante ratione*, ſive *à rationis dictamine.* Uſitatum eſt λόγος αἱρεῖ. i. e. ἀξιοῖ, dictat, poſcit, exigit. *Gataker.* 4 Ὑβρίσεις, vel ὑβρίσεις vult *Gatak.* at *M. Caſaub.* lectio-nem receptam ſequitur, et quaſi εἰρωνικῶς dictum accipit. 5 *M. Caſaub.* legendum autumat, ὁ βίος ἑκάστῳ [παρ' ἑαυτῷ] vel etiam repetito quod mox ſequitur, [αἰδημόνῳ ἑαυτόν.] ut ſenſus ſit, *felicitas cujuſque pendet à ſeipſo:* vel *felicitas cujuſque in eo conſiſtit, ut reverentiam ſui habeat.* Verum procliviorem fore emendationem putat *Gatak.* ſi legatur φάγῃ γὰ ὁ βίος ἑκάστῳ. vel ut *Salmaſ.* βραχὺς ὁ βίος. vel ut legit *Boot.* εἷς γὰ ὁ βίος.

P. 22. 1 Legere videtur *M. Caſaub.* τὶ περιαπᾷ σε. ego malim μὴ περιαπάτω σε. *Gatak.* 2 *Ex communiore hominum ſenſu et ſententia.* quia Stoici peccata omnia paria eſſe ſtatuebant. *Gatak.*

P. 25. 1 Εἰ δὲ ἤτοι ex conjectura adſcribit *Gataker.* 2 Obſervat *M. Caſaub.* tecte tangere iſthic et ex parte cor-rigere *Marcum,* Stoicum dogma quoddam, quod potentiae di-vinae impie detrahit, quo cenſebant illi ideo bona malaque externa haec quibuſvis ex aequo obvenire, quod Deus aliter iſta diſponere nequibat. Sic *Arrianus* in *Epictet. l.* 1. *c.* 1. et *Seneca* paſſim. *Gatak.* 3 Supplendum παρέχυσι, χα-ρίζον), aut aliud ejuſmodi. Iſta enim malim quam cum *Annotatore Lugd.* ἀφαιρῦσι, niſi ſi utrumque, quod et po-teſt, ſupplere libuerit. *Gatak.*

P. 26. 1 Legendum videtur cum *Gatakero* πῶς ἔχῃ ὅταν διίκῃ) *quomodo ſe habeat anima, ubi permeaverit, ſive per-tigerit;* ad Deum ipſum nimirum, vel ad locum illum, qui-cunque ille tandem fuerit, ſibi divinitus deſtinatum, poſt-quam

quam à corpore ſejuncta fuerit. Vel etiam cum *M. Caſaub.* ὅταν διαχέῃ) *ubi diffuſa et diſſipata fuerit*, corporis nimirum compage ſoluta. Varias autem hac in parte Stoicorum ſententias apud *Lipſium* legas *Phyſiolog. Stoic. l.* 3. *c.* 14. *Gatak.* 2 *Pindari* verba ſunt à *Socrate* in *Platonis Theaetet.* de genuino philoſopho uſurpata. *Gatak.* 3 Mentem cujuſque nunc Daemonem nunc et Deum dicit. ſic *l.* 3. *c.* 3. et *l.* 3. *c.* 5. ut et alibi. *Gatak.* 4 Legendum μέλανα, prout margini adſcripſit *Gatak.* 1 Hanc lectionem retinent *M. Caſaub.* et *Dacier.* Verum ad *Marci* mentem accommodatior videtur *Gatakeri* conjectura, qui legit ἢ τὸ ἀπολλύμενον ἴσον. particulam etiam εἰ delet *Suidas.* 6 Tota haec ratiocinatio argutias Stoicas nimium ſapit. Nemo quidem praeteritum tempus *amittit*, *amiſerunt* tamen omnes, quod eodem redit. 7 Οἅπερ, vel ὥσπερ *Gatak.* 8 Δηλοῖ *Gataker.* 9 Legendum videtur πρὸς τὸ Κυνικὸν Μονίμου. Fuit autem hic *Monimus Diogenis* et *Cratetis* ſectator, *Laert.* l. 6. quaenam vero hujus dicta hic reſpexit *Marcus*, incertum eſt. *Gatak.*

P. 29. 1 Hoc ideo dictum eſt, quia *Monimus*, teſte *Laertio*, γέγραφε παίγνια σπουδῇ λελημμένα μεμιγμένα, i. e. *Ludicra quaedam ſcripſit, quibus ſeria ſubeſſent. Gataker.* 2 Orbem *urbis ac civitatis* inſtar habere vult, in qua homines univerſi cives cum ſint, civitati illius legibus ac inſtitutis ſe conformare per omnia debent. ſic l. 3. 11. ἀνθρώπους πολίτας εἶναι πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι εἰσίν, et l. 4. 3. ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις, et alibi. *Gatak.* 3 Ρέμβος *Xyland.* quod ſequitur *Gatak.* 4 Rationem, cur *oblivionem* dixerit *famam*, petas licet ex l. 3. 10. et l. 4. 35. *Gatak.* 5 Metaphora, vel à *deductione honorifica*, vel à *funebris pompae et exſequiarum ſolemnitate* traducta. *Una eſt*, inquit, *virtus. quae magnifice tranſmittere poteſt*, non ad rogos, ſed ultra rogos, ad poſteros. *Gatak.* 6 Vide ad c. 13. hujus libri.

ANNOTA-

ANNOTATIONES in LIB. III.

PAG. 33. Not. 1. Stoicorum hoc est dogma, licere, immo oportere, quandoque è vita sese educere; et εὔλογον ἐξαγωγὴν eam nuncupabant, *cum justa causa*, quam illi censebant, *demigrandi daretur*. ut *Cic. Tuscul.* l. 1. et *Laert. in Zenon.* Ἀλόγως τέ φασι ἐξάξειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων, κἂν ἐν χλιαροτέρᾳ γίγνηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις. vide et *Senecam* ep. 70. et alibi. *Gatak.* 2 Id hic agit *Marcus*, ut ostendat, illis, quae nonnulli tanquam deformia, inutilia, aut etiam noxia incusant, suam nec deesse venustatem nec utilitatem. *Dacier.* 3 Δρυπεπέσι *Xyland.* quod rectius videtur. dictas enim δρυπεπεῖς sive ἐλαίας, sive ἰχάδας, παρὰ τὸ πέπλειν τὰς ἐν τῷ δένδρῳ πεπαγομένας monet *Eustath.* ad *Il.* β'. et Odyss. μ'. ut et *Suidas*. at vero δρυπελεῖς secundum *Hesych.* παρὰ τὸ πίπλειν, ut significet τὰς ἀπὸ τοῦ δένδρου πεπλωκυίας, ὠμάς. *Gatak.*

P. 34. 1 *Glossar.* Διασυνίσημι, *constituo, instituo.* potest tamen et in *commendandi* sive conciliandi significatu sumi, qui τῷ συνίσασθαι solennis est. *Gatak.* 2 *Non cuivis credibilia* vertit interpres uterque. ego malim, *non cuivis grata.* gratiam enim, decorem, venustatem, supra inculcaverat. et πιθανὸν, *gratum, blandum, lepidum, elegans.* sic *Lucian.* πολὺ τὸ πιθανὸν καὶ ἐπαγωγόν. *Aristid.* καλοὶ γὰρ ὅτοι κόσμοι καὶ μᾶλλα πιθανοὶ τῷ πλήθει. *Gataker.* 3 Προαπεσείται *Gatak.* 4 Vide *Laertium.* l. 9. 5 Atqui *Laert.* l. 9. ex *Hermippo*, senio confectum duntaxat obiisse tradit, et quamvis diversa à se invicem de *Democriti* obitu tradant auctores, à *Marco* tamen omnes dissentiunt. *Gatak.* 6 *Anytum* et *Melitum* innuit, quos *pediculos* non absurde nominat, quasi animalcula vilissima. de lenonibus paria *Plautus* *Curcul.*

Curcul. Act. 4. Sc. 2. *Item genus eſt lenonium inter homines, meo quidem animo* " *Uti muſcae, culiceſque, pedeſque, puliceſque.* Ubi *pedes*, pro *pediculis*. Ideoque non opus eſt ut quicquam mutet *Xyland.* qui ſubſtituit, hiſtoriam, ut ait, ſecutus, *Socratem cicuta abſumpſit. Gatak.* 7 Corpus ἀγγεῖον ſive *vaſculum* appellat, quomodo ϛκεῦος *Apoſt.* ad *Theſſal. ep.* 1. c. 4. v. 4. et *Cicero* Tuſc. l. 1. *Corpus eſt quaſi vas animi aut aliquod receptaculum. Gatak.* 8 Locus proculdubio perperam habitus. Legendum opinor vel ᾧ περίεσι, *quo, illud quod inſervit, praeſtantius eſt:* vel ἢ [ᾧ] περίεσι τὸ ὑπηρετῶν; *annon praeſtantius eſt id quod inſervit? Gatak.*

P. 37. 1 Lego ἡ τοι γὰ (vel ἡ γὰ τῷ) ἄλλῳ ἔργῳ τήρησις, τῳτέσι, φανϛαζόμενος &c. quod quidem ϛολοικοφανὲς eſſe videtur, locutionis tamen genus nec *Marco* noſtro nec aliis ſcriptoribus inſolens. vide ad l. 4. 48. Poteſt tamen tota perioche ita concipi: Μὴ καϛαϛρίψῃς τὸ ὑπολιπόμενον τῦ βίυ μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις· τῳτέσι, φανϛαζόμενος τί ὁ δεῖνα πράσσῃ, ἢ τίνος ἕνεκεν, ἢ τι λέγῃ, ἢ τί ἐνθυμεῖται, ἢ τί τεχνάζεῖ, ἢ ὅσα τοιαῦτα. ἡ γὰ τῷ ἄλλῳ ἔργῳ τήρησις, ποιεῖ ἀπορῤῥέμβεϛαι &c. *Gatak.* 2 *Stobaeus Tom.* 1. *l.* 2. de Stoicis: Λέγυσι δὲ ἢ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν ϛοφὸν, φαῦλον δὲ μηδένα. et *Porphyr.* de abſtinent. l. 2. Ὁ ὁνϛως φιλόσοφος, τῷ ἐπὶ πᾶσιν Θεῷ ἱερός. ita viri Sancti in ſacra pagina nuncupantur, Βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ *Apocal.* 1. 6. et 5. 10. *Gatak.* 3 *Injuria* ſive *contumelia intactus.* Siquidem injuria ad ſapientem non pervenit. *Vid. Senecam de conſtant. ſap.* c. 5. *Gatak.* 4 *Improbitatis*, alienae ſc. *ne ſenſu quidem ullo affectus.* h. e. adverſus eam perinde affectus ac qui ne ſentiat quidem. *Gatak.* 5 Locus obſcurus, eoque magis quod vocabula iſta nuſquam alibi deprehendiſſe meminerim. Forſan tamen hoc voluit, *et praeſcriptum eſt*, à mundi nimirum adminiſtratore Deo, *et conducit etiam,*

etiam, ut idem ſit τὸ ξυνεμφέρῃ quod τὸ ξυμφέρῃ; vel, *et in nos infertur, et nos etiam ſecum fert*, eo nimirum quo deſtinamur. *Gatak.*

P. 38. 1 *Seneca epiſt.* 9. *Niſi ſapienti ſua non placent. omnis ſtultitia laborat faſtidio ſui.* et *Ariſtot. Ethic.* l. 9. c. 4. Διαφέρον) ἑαυτοῖς οἱ φαῦλοι, ϗ ἑτέρων μὲν ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα δὲ βούλον). *Gatak.* 2 Vide l. 4. c. 24. De ſapientibus ex Stoicorum ſenſu *Laert.* l. 7. in *Zenon.* Απράξιαν τε εἶναι. ἐκκλίνειν γὰ τὸ καθῆκον. *Gatak.* 3 Vide ad l. 2. 13. 4 Forſan ἀλύτως, ut infra, c. 7. ἀλύτως ἄπεισι. *Gatak.* 5 Vitioſa proculdubio ſcriptura. exiſtimaverim legi poſſe ἔν δὲ, vel, quia id forſan Poetarum eſt peculiare, ἔνι δὲ, ἀντὶ τοῦ, ἔνεσι δὲ, vel quia moniti ſeu praecepti rationem praecedentia habent, ἐνῇ δὲ, aut ἐνέσω δέ. *Gatak.* 6 Ev illud abeſſe debere putat *Gatak.*

P. 41. 1 Lego πολιτικῷ, cum codices excuſi perperam πολιτικῶ habeant. Sic enim l. 7. 72. ἡ λογικὴ ϗ πολιτικὴ δύναμις. et l. 10. 2. ἔστι δὲ τὸ λογικὸν ἀθὺς ϗ πολιτικόν. *Gatak.* 2 Ατυφον mavult *Gatak.* 3 A myſteriis Ethnicis tranſlatio. ἔργια *Edit. Lugd.* male, nec melius *Annotator* ἔρτα. *Gatak.* 4 Δεήσει) *Lugd.* quod et mavult *Gatak.* 5 Aliquid deeſſe videtur quod ſic ſupplet *Gatak.* [τὸν Θάνατον] μήτε διώκων μήτε φεύγων. 6 *Annot. Lugd.* τρόπῳ. atque ita prorſus accipit Interpres uterque. Sed falſus uterque: τροπὴ ſiquidem hic *fuga*; et ἐν τροπῇ γίνεσθαι *in fuga eſſe*, i. e. *fugere, ſubterfugere.* metaphora ab iis qui τρεπόμενοι in praelio ſuperati *in fugam vertuntur. Gatak.*

P. 42. 1 Αποχίζει ἑαυτὸν, ὁ μὴ θέλων τὸ ξυμβαῖνον, ἢ ὁ ἀκοινώνητόν τι πράσσων, ut explicat l. 8. c. 34. 2 Ανακόλουθος *Lugd.* quod amplectitur *Gatak.* 3 *Illius autem eſt munus* vertit *Xyland.* malim, *poſtulat autem*, ſive exigit iſta.

Sic enim *Suid.* ἐπαΣγέλλε), ἀξιοῖ. *Gatak.* 4 Ἀπροπτωσίαν definit *Zeno* apud *Laert.* l. 7. ἐπισύμην τῷ ποτε δεῖ ζυΣκαΣατίθεσθαι, ἢ μή. Eſt igitur ἡ ἀπροπΣωσία, ſive (ut l. 4. 49. et 7. 55.) τὸ ἀπροπΣωτὸν *à temere aſſentiendi proclivitate ac praecipitantia immunitas.* eodem fere ſenſu occurrit hoc verbum, apud *Plutarchum*, *Stobaeum*, et *Arrianum* in *Epictet.* Fallitur ergo *Budaeus* (et eum ſecutus *Stephanus*) cum legi vult ἀπροπΣωσίαν. *Gatak.* 5 *Praeceptis* vertit *Xyland.* ac ſi παρακελεύσμασι vel παραγγέλμασι legiſſet. *M. Caſaub. auxiliis*, quo ſenſu παράσημα nuſquam occurrit: quia tamen παρίσασθαι eſt βοηθεῖν, *adeſſe*, *auxiliari*, fieri poteſt ut *Marcus* παρασήμαΣα hic dixerit, quae infra βοηθήμαΣα l. 4. c. 50. Poteſt forſitan et *documentis* reddi: nam παράσασιν quod ejuſdem eſt originis, etiam pro *documento* ſumi quandoque, docet *Budaeus*. *Gatak.* 6 Vide ad lib. 2. 16.

P. 45. 1 *Ex qua totus ex me aptus ſum* vertit *Xyland. aequanimitate*, *Caſaub.* ego, *frugalitate*: ita *Polybius* uſurpavit *Budaeo* referente, Ἄξιος ὁ ἀνὴρ ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, μάλισα δὲ τῆς αὐταρκείας τοῦ βίου. *frugalitatis nomine cum primis*. *Gatak.* 2 Τῷ καλῷ, h. e. *honeſto*, utpote quod *ſummum* immo *ſolum bonum* cenſebant, μεγίσην ἀξίαν tribuebant Stoici. Caetera omnia etiamſi pro μέσοις h. e. *adiaphoris* ducerent, quaedam tamen ex iis in pretio atque aeſtimatione aliqua habebant, quae ideo προηγμένα, vocabulo à *Zenone* excogitato, i. e. *producta*, (ut *Senec.* ep. 74.) *promota* ſive *praepoſita* (ut *Cicero de fin.* l. 3.) nuncupabant. *Gatak.* 3 Deeſſe videtur verbum aliquod, ποιῇ puta, vel ἐπιζητῇς. *Gatak.* 4 Τούτῳ *Mer. Caſaub.* quod ſequitur *Gatak.*

P. 46. 1 Vide ad l. 2. c. 2. 2 Sic dicti ſunt non ſolum qui *ambiguo inter marem et foeminam ſexu nati ſunt* (ut loquitur *Liv. l.* 27.) verum etiam *molles*, *effoeminati*, *imbelles*.

Ἀνδρό-

Ανδρόγυνος, ἀσθενὴς, ἀνίσχυρος. *Hesych.* et *Pollux* de cinaedis usurpari docet l. 6. c. 20. *Gatak.* 3 Locus misere luxatus, quem sic restituit *Gatak.* Νέρωνος, καὶ τῶν Θεοὺς μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα ἐγκαταλειπόντων καὶ τῶν [ὁτιοῦν] (αἰσχρὸν ὁτιοῦν *Xyland.* πάντα *Annotator Lugd.*) ποιούντων, ἐπειδὰν κλείσωσι τὰς θύρας. tunc inchoata nova periodo legit εἰ οὖν τὰ λοιπὰ κοινά ἐστι πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν ἴδιον ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ τὸν νοῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ φιλεῖν μὲν &c.

ANNOTATIONES in LIB. IV.

PAG. 49. Not. 1. Possis reddere *attributam et assignatam sibi materiam.* At *Junius* vult ὑποτεταγμένην *subjectam sibi materiam,* quod et *Xyland.* forsan legerit. Hoc est quod vult, de materia circa quam se exerceat non est sollicitus (neque enim hoc in potestate ipsius situm est, eligere quam ipse velit) sed quomodo circa eandem se gerat. *materiam* ergo *assignatam sibi nullam diligit,* quia *medium* quiddam i. e. *adiaphorum* esse novit. *Gatak.* 2 Προκείμενα *Xyland. at Gatak.* legi vult προηγούμενα, vel προηγμένα, *ea quae potiora videntur, praeposita.* Vid. ad l. 3. c. 11. 3 Loco huic lucem afferet *Senecae* locus quem adducit *Gatak.* ex l. 4. *de benef.* c. 34. *Sapiens ad omnia cum exceptione veniet, si nihil inciderit, quod impediat. Ideo omnia illi succedere dicimus, et nihil contra opinionem accidere, quia praesumit animo, posse aliquid intervenire quod destinata prohibeat.* 4 Margini adscripsit *Gatak.* αὐτοῖς. 5 *Renova te,* vel *renova memoriam tui,* eorumque quae apud te habes reposita, ut mox ἀνανεωσάμενος: vel *recrea te.* Sic enim *renovare* etiam Latinis in usu pro *reficere,* vel *recreare. Quintil. instit. l. 6. c. 4. Gatak.* 6 *Elementaria* i. e. *elementorum vicem obtinentia,* ut *Xyland.* sive quae *elementa contineant doctrinae universae,* ut *Casaub.* Quid si *summaria*

dixerimus? quae rerum *ſummulas* comprehendat. *Gataker.* 7 Si haec lectio retineatur αὐτὴν ad τὴν ψυχὴν referendum eſt: ſed, quia τῆς ψυχῆς nulla in precedentibus fit mentio, *Gatakerus* ad *Xylandrum* accedit, qui vertit, *qui omnibus moleſtia liberent*, ut ἀνίαν aut legerit aut legendum ſaltem cenſuerit. 8 Κρίμα idem eſt hic, quod alibi δόγμα *decretum*, prout reddit *Seneca ep. 95. Gatak.*

P. 50. 1 *Confoſſi* vertit *Xyland.* malim *velitantes, ſeſe mutuo impetentes.* Δορατίζόμενοι, δόρασι μαχόμενοι *Heſych.* inde διαδορατισμοὶ, *velitationes* infra l. 7. 3. *Gatak.* 2 Εννόησον *Lugd.* 3 Περιαπᾷ *Jun.* 4 Τῶν ἀφημεῖν δοκούντων lego, ſenſu exigente. *Gatak.* 5 In *cor* nimirum, quod *mentis* domicilium ſtatuebant Stoici. *Laert.* 7. in *Zenone*, Τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ. vid. et *Plutarch. de Philoſoph. placit.* l. 4. c. 5. *Gatak.* 6 Μεταβαλεῖ *Jun.* 7 Νοερὸν *Gatak.*

P. 53. 1. Deeſſe videntur voces aliquot neceſſario ſupplendae, ut ſenſus ſit integer. [ἡ διάκρισις] εἰς ταὐτὰ, vel ut l. 10. 7. [ἡ διάλυσις] εἰς ταὐτά. *Gatak.* 2 Abrupta iſta, nec cum prioribus cohaerentia. Monitum continent adverſus injurias et contumelias ab improbis illatas: *Talia*, inquit, *ab iſtiuſmodi perpetrari ſolenne eſt. Gatak.* 3 Legit *Gatak.* ἠνάſκασαν ἕνεκα τοῦ ξυμφέροντος ἡ φύσις τοῦτο ποιεῖν. Commation autem hoc ſuperioribus adfigit *Caſaub.* ſequentibus praefigit *Xyland.* cum neutra ſatis cohaeret: dictionis ſeries hiulca eſt, et deeſſe aliquid videtur. ad ſequentia potius dicti mens vergit, ut rationes varias ſimul congerat, ob quas aequanimiter contingentia quaeque ferre oporteat: quia nempe neceſſaria, utilia, juſta. *Gataker.* 4 Ακριβῶς *Gatak.*

P. 54. 1 Τῷ *Lugd.* quod probat *Gatak.* 2 *Virum bonum* dicit, *non quomodo omnes candidatos bonos viros, quomodo obvios, ſi nomen non ſuccurrit dominos ſalutamus*, (ut *Seneca* ep. 3.) *ſed*

ſed perfectum, abſolutum, quem malum facere nulla vis, nulla neceſſitas poſſit. Itaque τὸ ἰδίως νενομιζόμενον hic opponitur τῷ κοινότερον λεγομένῳ c. 20. *Gatak.* 3 Hoc eſt, τῆς ἡγεμονικῆς, ſive *mentis*, quam et τὸ κυριεῦον ſupra c. 1. et τὴν κυβερνῶσαν l. 7. 64. vocat. *Gatak.* 4 Id eſt, *Deum* ipſum unde deciſus, et cujus pars es ſecundum Stoicos. *Gatak.* Vid. infra c. 21. 5 Poſſunt haec intelligi vel de mutatione, ac metamorphoſi illa ſtupenda quam in ſapiente ſuo praedicabant Stoici, et exagitat *Plutarch. in Paradox. Stoic.* vel de vulgi mutabilitate, cui hodie quis *bellua* aut *ſimia*, eique rurſus intra paucos dies idem *genius* aut *Deus*. *Gataker.* 6 Εὐχολίαν *Gatak.* 7 Locus corruptus, in quo reſtituendo laborant docti. Legit *Junius* ὅσιον, ἢ ἀγαθόν. μὴ μέλα νωθείας περιβλέπεσθαι. *Xylander* pro ἀγαθὸν, Ἀγάθωνα ſubſtituit, cujus illud, τὸ μέλαν ἦθος, fuerit. *Gatakerus Xylandri* lectione ex parte admiſſa, legit ἢ καλὰ τὸν Ἀγάθωνα μὴ μέλαν ἦθος ἢ. δεῖ δὴ μὴ περιβλέπεσθαι. Caeterum *Boot.* legi mavult περιῤῥέπεσθαι, ut reſpondeat τῷ τρέχειν ὀρθὸν quod mox ſequitur.

P. 57. 1 Vid. ad lib. 1. c. 6. 2 Sic *Chryſippus* et *Diogenes* (ut *Cicero* de fin. l. 3. 57.) *Utilitate detracta, ne digitum quidem ejus* (i. e. bonae famae) *cauſa porrigendum eſſe dicebant:* atque hoc eſt quod *Marcus* hic dicit εἰ μὴ κατ' οἰκονομίαν τινά. *Gatak.* 3 Παρεὶς, vel παρίης, et poſtea ἐχόμενος. *Gatak.* Παριέντες et ἔχομεν λόγον. tunc inchoata nova periodo Λοιπὸν ὧν legit *Boot.* [Οὐ] τινος vel τίνος interrogative legendum cenſet *Gataker.* 5 [Μέλα] πόσην τινά. *Gatak.* 6 Alluſum ad eorum dogma, qui *animam igneam* ſtatuebant: in quo ſenſu cum aliis haud paucis, et Stoici. vid. *Plutarch.* de *Philoſoph. placit.* l. 4. c. 3. *Gatak.* 7 Unam animam communem et univerſalem ſomniabant Stoici, unde reliquae omnes eſſent quaſi deciſae, ſive quae reliquarum omnium fons quidam exiſteret;

ret; in quem etiam denuo quaſi refunderentur. *Gataker.* 8 Προοσυνοικιζομδύας *Gatak.*

P. 58. Αὐτὰ *Gatak.* 2 *Formam* [ſeu *cauſam* ut vertit. *Caſaub.*] i. e. Deum. Sic enim de Stoicis *Laert.* l. 7. in *Zenon.* Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, τὴν ὕλην. τὸ δὲ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν Θεόν. et *Seneca* ep. 64. *Univerſa ex materia et Deo conſtant* &c. *Gatak.* 3 *Mundus* Stoicis Deus ipſe. *Epiphan.* Haereſ. Στοϊκοὶ τὸν αἰδηλὸν τοῦτον κόσμον Θεὸν νομίζουσιν. et *Seneca* quaeſt. nat. l. 2. c. 45. *Vis Deum mundum vocare? non falleris. Ipſe enim eſt totum quod vides, totus operibus ſuis inditus,* &c. *Gatak.* 4 Ex tragoedo aliquo deſumptum. *Gatak.* 5 Hoc dixiſſe *Democritum,* docet nos *Seneca* de ira l. 3. c. 6. et de tranquill. c. 12. *Gataker.* 6 Μηδὲν ἄμεινον τοῦ ἀναγκαίου πράσσειν legit *Xyland.* et eum ſecutus *Caſaub.* priorem lectionem retinet *Gatak.* et ὅρα, βλέπε, vel iſtiuſmodi aliquid deeſſe putat. 7 Vid. ad l. 2. c. 5.

P. 61. 1 Perſtringere hic videtur *Epicurum* et ejus ſectatores. 2 *Mores* varios atque ingenia hic recenſet *Marcus,* quos ſtylo ſuo perſtringeret, atque vitandos moneret. *Gatak.* 3 *Mercenarii* vertunt nonnulli. Malim cum *Gatakero perfidi;* à Cauponibus ſc. ductum, quorum perfidia et fraudes adeo notae, ut in proverbium abierint; ſic *Horat.* Sat. 1. l. 1. *Perfidus hic Caupo.* 4 Ignarus rerum quae in mundo geruntur is eſt, qui attonitus infortuniis haeret animo; quo ſe vertat neſcius, et quod accidit inique ferens. *Dacier.* 5 Ita *Cynici. Salmaſ.* ad *Tertull. Soli Cynici praeter omnium Graecorum morem tunicam non gerebant.* et *Lucian.* Τί ποῖε, ὦ οὗτος, πώγωνα μὲν ἔχεις καὶ κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις; *Gatak.* 6 *Cleanthen* fortaſſe reſpicit, qui cum prae extrema rerum inopia libros tabulaſque unde emeret non haberet, à *Zenone* praelegente excerpta in Lateribus, et Conchis, nec-

non

non Offibus bovinis deſcripſiſſe perhibetur. *Dacier.* Vide *Laert.* l. 7. ſegm. 174. 7 Malim, ἅτος. *Gatak.* 8 De Cynicis *Cyprian.* orat. de patient. *Exerti* ac *ſeminudi pectoris invereunda jactantia.* De *Alcidamante* Cynico *Lucian.* in ſympoſ. Ἐς τὸν δαφος καλαβαλὼν ἑαυτὸν, ἔκειτο ἡμίγυμνος. *Gatak.* 9 Hoc vult: nihil impedire, quo minus quiſpiam, etiam in ſumma rerum omnium indigentia, operam det philoſophiae, in eaque perſiſtat. Sic *Senec.* ep. 17. *Licet ad philoſophiam etiam ſine viatico pervenire. Gatak.* 10 Ταυτὰ vel τὰ αὐτὰ vult *Gatak.*

P. 62. 1 *Periodos* vertit *Caſaub.* Malim, *ſignaturas*, ſive *ſignationes*; ut ἐπιγραφαὶ χρόνων, ſint *tempora regis* alicujus imperio, aut ejuſmodi nota aliqua inſigniore *deſignata. Gatak.* 2 Male accepit iſta *Xyland.* cum vertit *Uſitata quondam vocabula, nunc interpretationis loco ſunt.* Potius interpretatione opus habent. *Gloſſemata* enim ſunt *voces minus uſitatae*, ut interpretatur *Quintil.* l. 1. et *Dionyſ. Halicarn.* in *Thucydidis* hiſtoria obſervat quaedam γλωσσηματικὰ καὶ ἀπηρχαιωμένα, καὶ δυσείκαστα τοῖς πολλοῖς. *Gatak.* 3 *Caeſonis* nomine inſignes plures exſtiterunt; è quibus *Caeſo Fabius*, de quo *Liv.* l. 2. *Unus ille vir ipſe Conſul rempub. ſuſtinuit*; &c. *Caeſo* etiam *Quintius*, de quo idem *Liv.* l. 3. *Unus impetus tribunitios populareſque procellas ſuſtinebat. Gatak.* 4 *Voleſi* cujuſdam ſaevitia atque immanitate inſignis meminit *Seneca* de ira l. 2. c. 25. *Voleſius nuper ſub Divo Auguſto proconſul Aſiae cum CCC una die ſecuri percuſſiſſet, incedens inter cadavera vultu ſuperbo, quaſi magnificum quiddam conſpiciendumque feciſſet, Graece proclamavit; O rem regiam! Quid hic rex feciſſet? Gataker.* 5 Λεονάτος *Suidae*; qui *Philippo* Macedoni ſanguine materno conjunctum refert fuiſſe, et ab eodem una cum *Alexandro* filio, cujus aequalis erat, educatum. *Leonatus* item *Curtio* et *Juſtino*. Verum *Diodoro* Siculo, et *Arriano Leonnatus*, ut *Marco* hic, dicitur. *Gatak.* 6 Adſpexit *Telemachi* verba apud *Homerum* Odyſſ. α. v. 242. Οἰχέτ' ἄϊστος, ἄπυστος. *Gatak.*

P. 63. † Ratio te nunquam fallat. *Xyland.*

P. 65.

P. 65. [1] Οτι, vel πῶς π. vel mox γένεσθαι legendum censet *Gatak*. [2] Φαντάζῃ vel φαντάζεις *Casaub*. [3] Τὰς φροντίδας *Gatak*. 4 *Coelum* vertit *Xyland*. atque ita τὸ περιέχον crebro sumitur, pro coelo sive aere ambiente. Ego vero cum *Casaub*. corpus potius ipsum intelligi existimo, quod animam quasi ambit. de hoc enim mox verba facit; de coelo nihil. Sed et τῷ σώματι τὴν ψυχὴν περιέχεσθαι dicit l. 3. 7. *Gatak*. [5] Τουτέστι *Xyland*. quod in versione expressit *Gatak*. 6 Deest alterum distributionis membrum, ita supplendum; ὃ γὰρ [τῷ παρὰ φύσιν] καὶ &c. *Gatak*.

P. 66. 1 Pulchram admodum ejus, quod voluit *Antoninus*, imaginem exibet haec similitudo. Numeri nempe sibi invicem non connectuntur: addas licet, vel demas quantum libet, quod reliqui est perinde integrum manet. *Dacier*. 2 Inter *Heracliti* dogmata apud *Laert*. l. 9. πυκνούμενον τὸ πῦρ ἐξυγραίνεσθαι, συνιστάμενόν τε γίνεσθαι ὕδωρ. πηγνύμενον δὲ τὸ ὕδωρ, εἰς γῆν τρέπεσθαι. πάλιν τε αὐτὴν τὴν γῆν χεῖσθαι, ἐξ ἧς τὸ ὕδωρ γίνεσθαι. &c. et *Plut*. de EI *Delph*. οὐ γὰρ μόνον, ὡς Ηράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος, ἀέρι γένεσις· καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατι γένεσις· ἀλλ' ἔτι &c. *Gatak*. 3 Videtur vel ad Historicum aliquid, vel ad dictum aliquod proverbiale respexisse, de homine ignaro, quo via, quam insistit, ducit. Accommodari potest vel ad eos, qui nullo certo vitae actionumque fine proposito sibi, temere huc illuc divagantur. Vel ad eos etiam qui ad bonum aliquod tendere sese opinantur, cum ad exitium suum properant. *Gatak*. 4 Locus depravatus, quam sic restituere velim, ὅτι οὐ δεῖ [ὥσπερ] παῖδας, τουτέστι, κατὰ Ψιλὸν, καθότι τῶν τοκέων παρειλήφαμεν. *non oportere nos agere puerorum instar, hoc est mere nudeque*, absque justo diligentique examine; *juxta illud* quicquid tandem fuerit, *quod à parentibus nostris accepimus*. ut κα-

τὰ

τὰ Ψιλὸν idem hic *Marco* valeat, quod καλὰ Ψιλὴν πῖσιν ἢ ἄλογον *Origeni* adv. *Celſ.* l. 1. *Gatak.* 5 Interpretatur *Dacierius* de medicis, qui *ſuper aegros* (non *conclamatos* ut vult *Gatak.*) ſed *praeter ſpem ſanatos, ſupercilia contraxerint* prout ſolent qui de re quavis ſuperbiunt. Veretur autem Cl. *Stanhopius* ne *Dacierii* expoſitio verbo minus conveniat, quum faſtuoſis ſolenne ſit non ζυπάσαι, ſed ἐπᾶραι potius τὰς ὀφρῦς.

P. 68. † Terram, *Dacier* et *Caſaub.*

P. 69. 1 *Helice*, *Achaiae* urbs, de qua *Plin.* Hiſt. Nat. l. 2. c. 92. *Helicen et Buram in ſinu Corinthio pontus abſtulit.* Vid. et *Strab.* l. 1. et *Senec.* Quaeſt. Nat. l. 6. c. 26. *Gataker.* 2 *Campaniae* oppidum, de qua *Tacit.* l. 15. Annal. *Motu terrae, celebre Campaniae oppidum Pompeii, magna ex parte proruit.* Vid. et *Senec.* Quaeſt. Nat. l. 6. c. 1. *Gatak.* 3 *Campaniae* etiam oppidum, quod ſecundum *Senecam* 12. Quaeſt. Nat. terrae motu periit. Aliter tamen *Caſſius* l. 66. *Gatak.* Σολοικοφανὲς ſive ἀνακόλυθον eſſe videtur, quod loquendi tamen genus et apud noſtrum (infra c. 50.) et apud alios non raro occurrit. *Eurip.* πολλὰ δὲ Πάλαι προκόψασ', ὑ πόνυ πολλῦ με δεῖ. *et Terent. Nos omnes quibus eſt alicunde objectus labor, Omne quod eſt interea tempus, priuſquam id reſcitum eſt, lucro eſt. Gatak.* Τὸ γὰ ὅλον *Caſaub.* quod ſequitur *Gatak.* 6 Errat *Xyland.* (ut et *H. Stephanus* in Theſauro,) cum μυξάριον nomen piſcis eſſe putat. Eſt enim diminutivum à μύξα *mucus:* hujuſmodi diminutiva ſunt Stoicis familiaria, prout videre eſt apud *Epictetum* ut et *Marcum* noſtrum ſupra c. 20. μαχαίριον, ἀνθύλλιον, δενδρύφιον. atque haec eo fine illi uſurpaſſe videntur, quo τὸ μέσων ἢ ἀδιαφόρων iſtorum contemptum quendam innuerent *Gatak.* 7 *Quod naturae humanae adverſatur* vertit *Gatak.* laxe nimis; cum, ut ipſe obſervat, ἀπότελεσμα eſt *fruſtratio, aberratio* à fine ſcopoque ſibi propoſito: et hoc loco naturae humanae ἀπότελεγμα dicitur, *quod eam impedit, quo minus finem ſibi propoſitum aſſequatur:* hunc igitur ſen-

ſum in verſione expreſſi. 8 Forſan ſic diſtinguendum: Τί ἦν τὸ βούλημα; μεμαθηκας. *Quidnam eſt igitur quod vult natura? didiciſti* jampridem; ipſe ſatis noſti. quid id autem ſit, in ſequentibus indicat. *Gatak.* 9 Vid ad lib. 3. 9. 10 Forſan, ὧν ξυμπαρόντων. *Gatak.* ὧν etiam MS. *Hoeſchel.* habere teſtatur *Caſaub.* qui et prius illud ex ſolo errore typographico natum cenſet.

P. 70. 1 Οτι οὐχὶ *Gatak.* 2 Longaevus nemo hoc nomine occurrit. Eſt apud *Suidam* Καικίλιος quidam qui (ut ille refert) ſub *Auguſto Caeſare* et *ad Adrianum* uſque ſophiſticen ſeu rhetoricen *Romae* profeſſus eſt: dignus omnino qui in hoc cenſu collocetur, cum inter utriuſque horum imperium ſeculum ſolidum intercedat. *Gatak.* 3 Sententia ἀνακόλουθος. vide ſupra c. 48. *Gatak.* 4 Innuuntur omnes iſtae aegritudines Principibus familiares, quas prudentia civilis male comparata, et officioſum peperit Majeſtatis tuendae ſtudium. *Dacier.* 5 *Contentione* vertit *Caſaub.* ſenſu metaphorico, qui huic loco magis quidem videtur convenire. Dubitat tamen an apud profanum aliquem ſcriptorem στάσις aut στασιάζεσθαι hoc ſenſu unquam occurrat. illud tamen *Sti Jacobi* huic non multum abſimile putat. Πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν, τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν; 6 *Solertiam* etiam poſſis dicere ſeu *prudentem morum Compoſitionem. Dacier.*

ANNOTATIONES in LIB. V.

PAG. 74. Not. 1. Ψόγος. *Jun.* quod arridet *Gatakero.* 2 Ceterae omnes, quas vidi, editiones habent εἰ καλὸν prout requirit ſenſus et margini adſcripſit *Gatak.* 3 Caeterae editiones habent ἀρέσκεσθαι, quod et ſtare poſſe fatetur *Gatak.* cum eodem ſenſu apud *Plutarchum* occurrat περὶ παιδ. ἀγωγῆς. 4 Diſſident à ſe invicem annotatores in vocabulo iſto explicando apud *Paulum* Apoſtolum 1 *Cor.* 13. 4. Ego crediderim commodiſſime poſſe verti, *non effert ſe*; non eſt jactationi aut vanae oſtentationi dedita. Ita *Heſych.* Πέρπερος,

Πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος. Περπερεύεται, κατεπαίρεται. *Suidas* etiam, Πέρπερος, ὁ μετὰ βλακείας ἐπηρμένος. *Gatak.* 5 Καταγινώσκῃ, vel καταγινώσκεσθαι [μέλλῃς] legendum putat *Gatak.* 6 *Ne eam subinde cogitares*, vertit *Xyland. ne ea nimium afficiaris*, *Casaub.* Potius, *non negligens, non neglectim habens*, sed quantum in te est, tarditatem hebetudinemque tuam corrigere et sanare contendens. παρενθυμεῖσθαι enim *animum non advertere, negligere.* [*Arrian.*] *Epictet.* l. 4. c. 3. Κἂν μὴ αὐτὸς ἑκὼν, ὑποπαρενθυμηθῇ δὲ, ἀπώλετο. *Si vel parum neglexerit, animum non adverterit.* *Marcus* ipse l. 6. c. 20. πολλὰ παρενθυμώμεθα, *negligamus multa. Gatak.* 7 Lego νωθείᾳ, vel ut *Annotator Lugd.* νωθρείᾳ *Gatak.*

P. 77. 1 Forsan ἀλλὰ, vel ἀλλ' ὅς. *Gatak.* 2 Particulam ἂν deesse puto, ut sit [ἂν] παρεκδέχῃ, *si secius ceperis.* Ita enim significat τὸ παρεκδέχεσθαι. *Euseb.* Hist. Eccles. l. 3. c. 39. *Papiam* narrat, τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις, *ex relationibus Apostolicis secius acceptis*, commentitia multa tradidisse. *Gatak.* 3 Utrum Athenienses laudet, ut qui non privatim sibi suisque, sed universae simul Reipub. bona optarent: an vituperet, quod suae tantum Reipub. non universae hominum communitati, et humano simpliciter generi; ambiguum putat *Casaub.* Posterius *Xylandro*, prius *Dacierio* placet. 4 Ελευθερίως legit *Casaub.* ad *Pers.* Sat. 2. qui et τὸ ἁπλῶς καὶ ἐλευθερίως εὔχεσθαι opponi censet *preci emaci*, prout loquitur *Persius*; quam interpretatur, vel eam quae habet conjunctum sacrificium majoris alicujus victimae, aut votum rei consecrandae; vel quae toties fuit repetenda, et tam assidue ac λιπαρῶς καὶ ἐκτενῶς facienda, ut hoc ipsum pretii loco censeri possit. Mihi videtur *Marco*, τὸ ἁπλῶς εὔχεσθαι *orationis simplicitatem* quandam denotare, qualis illa Atheniensium formula, quae generali quadam ac familiari ratione *Jovem* compellat,

nec terminos illi rerum tribuendarum anxie ſoliciteque praeſcribit: At τὸ ἐλευθερίως ejuſmodi orationem, quae alios etiam contribules, conterraneos, aut extraneos etiam nobiſcum una comprehendat. *Gatak.* 5 *Æſculapium* medicinae praeſidem Deum per inſomnia remedia ſibi ſuggerere opinabantur. in quo argumento frequens admodum eſt *Ariſtides* in orationibus ſacris. Orat. 1. ἀλυσίαν προςάττει ὁ Θεός. et ibid. ἀσιτίαν ἐπιτάξει. *Gatak.* Poteſt tamen, ut putat *Caſaub.* Ασκλήπιος hic κοινῶς pro quovis medico accipi, cum ita *Max. Tyrius* diſſert. 30. uſurpet. 6 Corrige ex MS. *Hoeſchyl.* ἔταξε τούτῳ τοῦτο ὡς κατ'. et mox τέτακταί πως αὐτῷ κατ'. *Caſaubon.* 7 *Ad fatum*, ſive *fato congruens et conſentaneum.* ita *Dioſcoridi* τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι, *alimenta aegrotantibus congruentia.* et *Marco* noſtro φαντασίαι κατάλληλαι, *cogitationes congruae.* l. 7. 2. *Gatak.*

P. 78. 1 Legit *Gatak.* ἃ vel [ἃ] ὁ Ασκληπ. 2 Hoc inter Stoicorum non παράδοξα tantum ſed παράλογα etiam merito reputes, quod malis hiſce etiam numinis divini felicitatem provehi ſomniabant. quanquam et ad gloriam divinam illuſtrandam conducere iſta, nec nos inficiamur. Verum mundum illi pro Deo habebant. vid. ad l. 4. 23. *Gatak.* 3 Forſan τοιοῦτό τι. *Gatak.* 4 Ita l. 2. 3. Ζώζουσι δὲ κόσμον αἱ μεταβολαί. *Gatak.*

P. 81. 1 Vult nos ad philoſophiam recurrere, non aegre et gravatim, quomodo ad paedagogum Scholamve pueri, ſed tanquam laborantes ad medicinam, quae dolorem mitigat, morbum amoveat. *Gatak.* 2 Locus, ut mihi videtur, mendi manifeſtus: legendum forſan, οὐδὲν ἔτι δεήσει [εἰς] τὸ π. *nihil amplius opus erit, quod inducat te ad obſequendum rationi; Vel,* οὐδὲν ἐπιζητήσεις [ἢ] τὸ π. *nihil aliud deſiderabis, niſi ut rationi obſequaris.* At *Boot.* ἐπιδείξεις mavult: ſic *Senec.* ep. 103. *Ipſam philoſophiam non debebis jactare:* et mox; *Licet ſapere ſine pompa.* atque eo etiam *Caſaub.* abit. *Gatak.* 3 Forſan legendum, ἄλλο ἤθελες ἢ κατὰ φύσιν. *Gatak.* 4 Lego

go cum *Xyland.* διὰ τοῦτο Cφ. quia προσηνέστερόν τι blandius quiddam esse videtur, cum nihil minus exsistat. Inde *Platonis* dictum, *Escam malorum esse voluptatem, qua capiantur homines, ut hamo pisces. Cicer.* de Senect. *Gatak.* 5 Id *Antonino* erat in animo, ut omnibus patefaceret, quantum à recta via aberraverint, dum in Scientia, Opibus, Voluptatibus, Negotiis, Rebus denique externis quibuscunque spem suam et summum bonum collocarent. *Dacier.* 6 Delendum censet ἢ illud *Casaub.* cum eo ablato perfecta sit oratio, servato manca. 7 Χαριεστάτου illud, vel ad eum referri potest cujus mores ferantur. *Vix est, etiam gratissimi ac urbanissimi istorum mores ferre.* Vel ad eum etiam, qui viventium una mores ferat: quod vix fecerit *etiam qui gratissime ac maxima cum comitate se gesserit.* Sed illud potius. *Gatak.* 8 Vid. ad l. 3. 4. 9 Lego ῥᾴστ, vel ῥύστ, ut infra c. 23. ἢ τε ὑστὰ οἷον πολαμὸς, ἐν δινηεκεῖ ῥύστ. *Gatak.*

P. 82. 1 Locus depravatus: Legendum forsan, Τι, ὅπερ τῷ ἀγαθῷ ὐκ ἐφαρμόστ. *Siquis,* inquit, *eorum aliquod, quae vere bona sunt, puta Justitiam. &c. animo ac cogitatione praeceperit, his semel mente praeceptis nihil vel ipse subjungere, vel adjectum ab alio quopiam audire sustinebit, quod non aptissime cum boni natura consistat. Gatak.* 2 Illud utique quod in periochae hujus extrema clausula ponitur. *Gatak.* 3 Lego, ὑ γὰ ἂν τοῦτο μὲν [ἐπ' ἐκείνων] ὑ προσέκοπλεν καὶ ἀπηξιοῦτο. ἐπὶ δὲ τοῦ ω. vel cum *Salmas.* ὑ γὰ ἂν ἐπὶ τούτων μὴ ὑ προσέκοπλεν, &c. forsan et sequentia tunc ita concepta fuerint: ὑ προσέκοπλεν ἢ ἀπηξιοῦτο τόδε. ἐπὶ δὲ τοῦ ωλ. *Gatak.* 4 Forsan *Aristophanis* illud in Concion. respicit, Αλλ' ἐν καθαρῷ τοῦ τις ἂν χέσας τύχοι; At *Boot.* legendum existimat, ὅπου θήσῃ αὐτά. ut sit locupletis alicujus conquerentis, non suppetere amplius ubi opes suas reponat. *Gatak.*

P. 85. 1 Vid. l. 10. 7. Apud *Laert.* l. 7. in *Zenon.* Stoici volunt Deum mundi conditorem, καλὰ χρόνων ποιὰς περι-

περιόδους ἀναλίσκειν εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννᾷν. Inde περιοδικαὶ ille παλιγγενεσίαι quarum meminit *Marcus* l. 11. 1. ubi vide. Caeterum et ante Stoicos *Heraclitus* ἐκπυροῦσθαι τὸν κόσμον κατά τινας περιόδους asserebat auctore *Laertio* l. 9. *Gatak.* 2 Non assecutus est *Xyland.* quid hic *Marcus* vellet. Monet autem, quod et saepe alibi inculcat, rationem artemque rationalem esse ejusmodi facultates, quae sibi ipsae sufficiunt, nec ullius rei extra se adminiculo opus habent, vel ad opus suum exercendum, vel ad finem consequendum. *Gataker.* 3 Scribo, ἀφαιρούμενά τινα vel ἀφαιρούμενός τι τ. quod eodem redit. *Cas.* 4 Κατεσκεύασται, [πρὸς τοῦτο κατεσκεύασται] legendum censet *Gatak.*

P. 86. 1 Immutandae voculae, ut sic legatur; ὃ οὐχὶ ἐκεῖνος πέφυκε φέρειν αὐτό. *nihil homini cuiquam contingit, quod ipsum is non natus sit ferre.* ad ferendi enim potestatem à natura tributam respexisse *Marcum* subsequentia docent, quibus alios eadem pertulisse monet, vel per ignorantiam vel ostentationem. *Gatak.* 2 Vid. ad l. 4. 1. 3 Vid. ibid. 4 Per *civitatem* hic mundum ut saepe alibi intelligit. Vid. ad l. 2. 16.

P. 89. 1 Locum hunc sine dubio mutilum sic supplet *Gatak.* [δεικτέον δὲ] sive [ἀλλὰ δεικτέον] τί. 2 Vitiosa interpunctio. Lego, οὐδὲν ἑστώς. καὶ τὸ παρεγγὺς τόδε ἄπειρον &c. *Gatak.* 3 Id est, *à voluptate vel dolore.* eadem periphrasis supra l. 4. 3. λείως ἢ τραχέως κινουμένῳ. *Gatak.* 4 Legendum potius αὐτό. *Gatak.* 5 Locum hunc illustrabit *Senecae* locus quem affert *Gatak.* ex l. 2. de ira c. 2. *Omnnes motus qui non voluntate nostra fiunt, invicti et inevitabiles sunt: ut horror frigida aspersis, ad quosdam ictus aspernatio, ad pejores nuncios subriguntur pili, et rubor ad improba verba suffunditur, sequiturque vertigo praerupta cernentes. quorum quia nihil in nostra potestate est, nulla quo minus fiant, ratio persuadet. sensum enim hominis nulla exuit virtus.*

P. 90.

P. 90. 1 Corpus ita affectum non poteſt non ejuſmodi odorem emittere: nec improbi animus talibus dogmatibus imbutus, non ejuſmodi actiones edere. *Gatak.* 2 Verba haec, de quorum ſenſu non convenit inter interpretes, à caeteris ſejungit *Dacier.* et ſic explicat. *Ab ignava demiſſione ſimul et à tumida elatione animi temperandum vult. Scortorum moribus propior eſt illa, quibus nihil aut ſordet aut pudorem incutit. Tragicos haec ſpirat, qui perſonam exuere neſcii vaniſſimo turgent faſtu, et Thraſones nunquam non agunt.* 3 Stoicum hoc dogma pietati parum conſentaneum: de quo vide ad l. 3. 1. *Gatak.* 4 Legendum, εἰ καπνός ἐϛι, ἀπέρχομαι. *Si me fumus in* loco aliquo, ubi verſari tunc contingit, *vexat* maleque habet, *diſcedo, exeo.* Alluditur ad diverbium, quo tria notantur, quae domo exigant, *fumus, ſtillicidium, et mulier rixoſa.* Vid. *Druſ.* Proverb. claſſ. 2. l. 1. adag. 213. Emendationem ex [*Arriani*] *Epicteto* adfirmo, cujus iſta ſunt, diſſertat. l. 1. c. 25. καπνὸν ποιεῖ ἡ τῷ οἰκήματι. ἂν μέτριον, μένω. ἂν λίαν πολύν, ἐξέρχομαι. *Gatak.* 5 *Quid hoc rei eſſe putas?* vertit *Xyland.* immo *cur hoc grave ducis,* (vita ſc. diſcedere) aut tanquam moleſtum quiddam horreſcis? ita ſiquidem τὸ πρᾶγμα uſurpatur ſupra l. 4. 50. μὴ ὢν ὡς πρᾶγμα. *Gatak.*

P. 93. 1 Vide ſupra c. 13. 2 Ex *Heſiodi* oper. l. 1. v. 195. Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς ἀργυφέης Ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον, προλιπόντ' ἀνθρώπους, Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. *Gatak.* 3 Τί ὑπερμένεις ἴλεως τ. legit *Gatak.* et ſic vertit. Verum ſenſus, quem ex recepta lectione alii exprimunt, *Marci* menti videtur accommodatio: Sc. Cum haec ita ſint vilia et nihili, *Quid hic opperiris?* quid eſt quod te hic diutius detineat? ad quod ipſe quaſi reſpondet; ἵλεως τὴν &c. non quod harum rerum alicujus amore capior, ſed quia vellem *placidus, et aequo animo exſpectare* meam ipſius *ſive exſtinctionem ſive tranſlationem.* 4 Ambigue hic loquitur ut ſaepe alibi. Vid. ſupra l. 4. 21. et l. 8. 25. *Gatak.* 5 Diſtinctio plena poſt πράσσειν eſt collo-

collocanda. *Gatak.* 6 Hoc ideo, quia philosophi λογικὸν ζῶον, sive *animal ratione instructum* non homini soli, sed Deo etiam, daemonibus et heroibus genus commune constituebant; uti ex *Plutarch.* de *oracul. cess.* patet. *Gatak.* 7 Quomodo sc. *laeditur communitas* (i. e. mundus) licet forsan mali aliquid tibi obtigerit? immo potius si id recte feras ἄγῃ ἐπὶ τὴν τῦ κόσμυ ὑγίειαν, ϗ τὴν τῦ Διὸς ἀοδίαν ϗ ἀπραγίαν, ut loquitur supra c. 8. 8 Hoc velle videtur, ne in opem egenis afflictisve aliis quibusvis ferendo, id statim admittamus, quod imaginatio forsan suggesserit: miserum nimirum hominem illum esse, sive mali aliquid illi obtigisse; unde et nos ipsi pariter afficiamur. id quod l. 7. 43. dixit, μὴ ζυνεπιθρηνεῖν, μηδὲ ζυύζειν. et *Epictet.* Enchir. c. 22. Οταν κλαίονία ἴδῃς τινὰ &c. *Gatak.*

P. 94. [1] Ολοχερῶς hic ut l. 9. 3. ἀντὶ τῦ ωροπετῶς, *temere, temerarie*, positum existimo ut ὁλοχερῶς ζυναρπάζεσθαι idem sit *Marco*, quod ταχέως ζυναρπάζεσθαι *Epictet.* Enchirid. c. 33. re sc. ipsa non satis sedulo et accurate perpensa. *Gatak.* 2 Forsan fuerit, κακὸν γὸ ϑθέν. *Gatak.* 3 Ad fabellam quandam *Marcum* respexisse, aut etiam verba haec ex Poeta quodam sive Comico sive Tragico attulisse suspicantur interpretes. Hoc autem vult. debere nos ad aliorum ingenium ἐν τοῖς μέσοις quantum licet, nosmetipsos demittere et accommodare: et ut senex ille in fabula ab alumno suo discessurus ῥόμϐον i. e. *turbinem* (qui inter crepundia puerilia numeratur) in ejus memoriam quasi rem pretiosissimam servaturus magna verborum pompa postulans inducitur, non quod ipse expeteret, aut momenti alicujus esse duceret, *quid ῥόμϐος sit*, et *quanti per se faciendus, haud ignarus*, sed quo puerulo ludibundus (ut fit) adblandiretur, atque ei gratum faceret: Sic etiam illis, quibus mali aliquid, prout vulgo habetur, obtigerit, non acumine philosophico, et rationum pondere probatum ire debemus se nihil mali passos: hoc enim non feret aeger eorum animus: sed potius

potius ad eorum ingenia descendere, atque illis solatio et auxilio esse, quasi mali aliquid revera perpessi essent, cavere tamen interim ne hac imaginatione ipsi abripiamur, atque ita se rem habere sentiamus. 4 Καλῶν illud pro participio habeo. *Quando ad rostra clamitans fueris*, sive honorem ac dignitatem aliquam aut tibi ipsi, aut cui faves cuspiam ambiendo, sive litem aliquam vel propriam vel alienam prosequendo. Ita *Gatak*. Verum ad usitatam mortuorum pro rostris laudationem referunt *Casaub*. et *Dacier*. ita ut perstringat Stoicos nonnullos, qui hujusmodi conciones improbabant, atque ideo ab iis religiose nimis abstinebant; dum ipse pro ea, qua erat morum facilitate, consuetudini invalescenti ἐν τοῖς μέσοις obsecutus officium hoc amicis cognatisque demortuis praestare nunquam detrectabat (prout videre est apud *Capitolinum* in ejus vita) etsi aliter forsan de rebus hisce quam vulgus hominum senserit, et instar senis supra memorati, quanti essent, probe meminerit. 5 Locus adeo vel obscurus vel corruptus, ut negotii plurimum interpretibus facesserit. Legit *Gatak*. γίνῃ ποτὲ, ὀπαδήποτε καλαληφθεὶς, εὔμοιρος &c. atque haec à superioribus sejungenda putat, ut periocham integram cum iis quae sequuntur conficiant. Verum si admittatur *Dacierii* sensus quem supra exposuimus, aptae satis haec cohaerent, modo cum *Bootio* legamus γένοιο ἄν ποτε, ὀπαδήποτε καλαληφθεὶς &c. ita ut sit quasi ad priora responsio; v. g. quaerens aliquis inducitur, *Num Tu igitur stultus futurus sis?* quia sunt et alii. Minime, inquit, non opus est. *Poteris* enim *ubicunque deprehensus fueris*, et inter quoscunque versari contigerit, *felix esse*, et proinde non stultus. felicitas enim cujusque non ab externo aliquo pendet, sed (ut in sequentibus est) *in bona mentis dispositione, bonisque conatibus atque actibus inde profluentibus* consistit.

ANNOTATIONES in LIB. VI.

PAG. 96. Not. †. Foris ſolutam, et vagam ſeu independentem *Caſaub.* ut l. 4. 45. καθαριθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρτημένως, *numerum independentem* reddit.

P. 97. 1 *Marcum* hic ad diverſas Philoſophorum de hac re ſententias reſpexiſſe putat *Dacierius*, quorum illi *unam* et communem omnium rerum eſſentiam et materiam ſtatuunt, unde originem ſuam vel ipſa Elementa habuerunt, et in quam res omnes, cum pereunt, inſtar exhalationis aut vaporis abeunt et evaneſcunt. alii ipſa Elementa totidem rerum principia, à ſe invicem toto genere diverſa putant, atque adeo res omnes partibus earum disjunctis ſeparatiſque, in ſua tandem reſolvi, unde ortum duxerant, Elementa. 2 Incertum eſt utrum haec ad priora pertineant, an alio ſpectent, et ſeorſim ponenda fuerint. Illud *Caſaubono*, hoc *Xylandro* placuit: quod et ipſe ſecutus ſum. De ſenſu convenit. Menti univerſi rectrici, quid de ſingulis faciat, et quo fine quidque faciat, et quale id ſit, in quo ſe vimque ſuam exerceat ſatis perſpectum ac proſpectum eſſe, etiamſi iſta nos quam creberrime lateant. *Gatak.*

P. 98. 1 Legit *Gatak.* [ἢ] πεῴνοια. 2 Alluſum monet *Xyland.* ad *Iliad.* ή. v. 99. Αλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ ἢ γαῖα γένοισθε. 3 Lege vel οἵη δὴ, vel οἷον δή. *Gatak.* 4 Potius ἐφ' ᾗ. *Gatak.* 5 *Crates* hic Athenienſis an Thebanus, qui et Cynicus? hic opinor. Caeterum *Crates* hic de *Xenocrate* quid dixerit non reperio. Videri poteſt ex antegreſſis Cynicum ſuo, hoc eſt canino more *Xenocrati* faſtum objeciſſe, prout *Diogenes* objecerat aliquando *Platoni*, cum illum tamen ἀτυφώτατον exſtitiſſe aſſerat *Laert.* l. 4. *Gatak.* Τύφου, ſive, ut alibi *Antoninus*, Ξενοτυφίας ſuſpicione laboraſſe *Xenocratem* ex *Diog. Laert.* qui Ξενὸν eum et Ξυδρωπον fuiſſe, imo vero (quod hic *Antonini* verbum eſt) ἀξιοπιστον Ξρόδρα in ejus vita commemorat, facile quivis intelligit. *Caſaub.*

P. 101.

P. 101. [1] Ἕξιν definit *Galenus*, auctore *Stephano*, πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη *ſpiritum illum, qui partes compingit et continet: ſpiritus* autem appellatione *forma* deſignatur. Ἕξις igitur hoc in loco, vel *compagem corpoream vitae innatam* vel *formam* potius *meram*, ſive *ſpiritum* ζωϊκῆς δυνάμεως, i. e. *facultatis vitalis* exſortem ſignificat: quam ψιλὴν ἕξιν quaſi *meram* ὕπαρξιν, ſive *exiſtentiam Sextus Empir.* adv Math. l. 8. c. 2. nuncupat, et ἀπὸ τῆς φύσεως *Marcus* hic diſtinguit. *Philo* etiam *de mund. immortal.* quatuor gradus rerum naturalium conſtituit; ἕξιν, φύσιν, ψυχὴν, νοῦν. ἕξιν λίθων, φύσιν φυτῶν, ψυχὴν ζώων, νοῦν ἀνθρώπων, eodem plane ordine quo hic *Marcus*, quin, ne quid deſit eorum quorum *Marcus* hic meminit, ſubjungit, ἀρετὴν δὲ σωφρόνων τελειοτάτην. *Gataker.* 2 Subſtantias anima praeditas in tres claſſes dividit *Antonimus*. Harum prima Bruta complectitur. Secunda generis humani complures, quibus anima quidem ſuppetit rationalis; ita tamen ut praeterquam quod artibus habiles praeſtet, et rebus exquiſite effingendis idoneos, nihil ultra pertingere videatur. Tertia denique viros vere ſapientes, animas illuſtres, puras, et lumine plenas, ipſi cognatas et ſimiles Deo, cujus etiam genuinas ſe ſentiunt particulas. *Dacier.* 3 Vel homini nempe, ut l. 2. 1. vel Deo etiam, ut l. 5. 21. de illis *Xyland.* de iſto *Caſaub.* intellexit. ego utrumque opinor reſpexiſſe. *Gatak.* 4 Loco mota ſunt illa τὸν ἄπειρον αἰῶνα, ad ſequentis clauſulae extremum rejicienda, et poſt παρέχει collocanda. *Gat.*

P. 102. 1 Alluſum putat *Dacier.* ad *Euripidis* dictum in *Hecuba* ubi vocat famam γλώσσης κόμπον. [2] Ἰχεσθαι habent caeterae editiones, prout margini adſcripſit *Gataker.* 3 Forſan τύτυ: et ſic edidit *Caſaub.*

P. 105. [1] Προσφαγεὶς legit *Annotator Ludg.* quod minus placet; quia à ſcriptura vulgata longius abſcedit. Forſan ἐρραγεὶς pro ἐναγεὶς fuerit, quod apud *Libanium* in vitae ſuae hiſtoria reperitur. Τοῖς ἐν μέσῳ τῶν κιόνων λίθοις

ἐνραγεῖσαν τὴν κεφαλήν. *Gatak.* Legendum putat *Caſaub.* τὴν κεφαλὴν ἐῤῥάγης. σπληγὴν ἐποίησε, ἀλλ' ὅτε &c. vel τὴν κεφαλὴν ἀῤῥάξας σπληγὴν ἐποίησε. [2] Τὸ ἐπισημαίνεσθαι in malam partem hic uſurpatur, prout et apud *Appian.* ἐμφυλίων l. 5. de milite, qui ludis in ſubſellia equitum aſcenderat. ὁ δῆμος ἐπισημήνασθο, *populus murmure indignitatem rei teſtatus eſt. Xyland.*

P. 106. 1 *Marcum* hoc voluiſſe exiſtimo. Sicut *Antonini* nomen amplius non efficitur, ſi è litteris quibus conſtare debuerat, unica tantum inter ſcribendum praetermittatur; Ita illorum, quae viri boni officium conſtituunt ſimul, quoties animus cujuſlibet vel unum habuerit neglectui, Totum deficit et, ut ait *Jacob.* 2. 10. *Quiſquis totam legem ſervaverit, impegerit autem in uno, omnibus tenetur. Dacier.* Πῶς ὐκ ὠμόν ἐσὶ; ſive Ὠμόν πως ἐσὶ *Marcum* ſcripſiſſe putat *Gatak.* 3 Fruſtra eſt hic *Xyland.* cum τῷ ἀποκαισαρῦσθαι ſuſpicatur ſignificari, *imperia aut rerum ſumma deponi.* quem tamen ſecutus eſt *Jo. Meurſius* in Lexic. Graeco-Barb. ubi τὸ ἀποκαισαρῦσθαι, adducto etiam *Marci* loco hoc ipſo, *à Caeſaris dignitate dejici*, exponit. Eſt enim ἀποκαισαρῦσθαι *in Caeſarem converti, in mores Caeſarianos tranſire*, vocabulum ſc. à *Marco* confictum, eadem analogia; qua ἀποσαρκῦσθαι, *in carnem concreſcere, Ariſtot.* probl l. 1. ἀποθηριῦσθαι, *feram beſtiam fieri, Polyb.* l. 1. ἀποδενδρῦσθαι *Plotino* &c. Eſt igitur ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, *cave* ne poſtquam ad imperium adſcitus fueris, inſtituti priſtini vitaeque philoſophicae oblitus, *in Caeſarum mores totus tranſeas.* quales autem *Caeſares* atque Imperatores Romani plerique exſtiterint, et quomodo ſeſe in imperio geſſerint, notius eſt quam ut dicto opus ſit. *Gatak.* 4 *Pii* ſc. cui in adoptionem ab *Adriano* datus eſt *Marcus. Gatak.* [5] Εὔδιον *Xyland.* quod approbat *Gatak.*

P. 107. † Mors quies eſt pugnantium inter ſe ſenſuum, et in contraria agitationis ad res ſuſcipiendas, et diſcrepantium mentis diſcurſuum. *Iſ. Caſaub.* ad *Perſ.* Sat. 5.

P. 109.

P. 109. 1 Lego, μᾶλλον ἐν τῷ [αὐτῷ] μ. *Gataker.* 2 Hic loci ſeipſum ſtatim à ſomnis videtur allocutus, occaſione ab inſomnio quodam minus jucundo congruenter ſatis arrepta. *Dacier.* 3 Τὰ *Lugd.*

P. 110. 1 Hinc efficitur contra *Epicurum*, voluptatem ſummum hominis bonum eſſe non poſſe, quae omnibus nullo competit diſcrimine. *Dacier.* 2 Sic *Apollodorus* architectus (ut eſt apud *Dion. Caſſ.* l. 69.) cum de operibus ſuis apud *Trajanum* verba habenti, *Hadrianus* obſtreperet, Ἀπελθε, inquit, καὶ τὰς κολυκύνθας γράφε. τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίσασαι. *Gatak.* 3 Iniquius hoc *Antonini*, de medicis judicium videri poſſit, qui *ſordidis* eos artificibus, ut *Xyland.* verterat, aut *vulgaribus*, ut nos emollivimus, accenſeat. Sed vitio illi verti non debet, quod partim Platonicus, partim Stoicus, cum *Platone* Stoiciſque locutus ſit, quibus quicquid ad moralem philoſophiam, aut Θεολογίαν ſive Dei cognitionem non pertinet, vulgare ſordidumque. *Senec.* ep. 88. *Solae liberales ſunt* (artes nim.) *imo ut verius dicam, liberae, quibus curae virtus eſt.* et *Plato* in Sympoſ. Καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα (de Deo et Daemonibus illic ſermo) ζοφὸς, δαιμόνιος ἀνήρ. ὁ δὲ ἄλλό τι ζοφὸς ὤν, ἢ περὶ τὰς τέχνας, ἢ χειρυργίας τινὰς, βάναυσος. *Caſaub.* 4 Ορμήσαντος vult *Caſaubon.* 5 Κίνησιν *Xyland.* κόλλησιν *Caſaub.* ζύγησιν *Gatak.*

P. 113. 1 Syntaxis verborum ἔχειν poſtulat, quae et MS. *Hoeſchel.* lectio eſt. *Caſaub.* 2 *Propter hanc rerum differentiam* vertit *Xyland. ſi cum opinione differentiae ad res iſtas inclinaverimus. Caſaub. quaſi* διαφορὰ τῷ ἀδιαφορεῖν opponatur. Verum *Marco* τὸ διαφέρεσθαι τινός τι, eſt *ad rem aliquam adipiſcendam*, vel ſimpliciter *ferri* vel *cum ſollicitudine et animi anxietate ferri*, et quaſi *differri:* ſicut *Plautus, amore differri*, dixit Milit. 4. 4. idemque *cupidine differri*, Poenul. 1. 1. Verto itaque, *dum ad iſta contendunt* non in eo ſenſu *contendendi* vocabulo ſumpto, quo διαφέρεσθαι περί τινος, *de re aliqua conten-*

contendere, ſed quo πρός τι, *ad rem aliquam*, quam ſtudioſe proſequitur, *contendere* quis dicitur. et ſic uſus eſt *Marcus* l. 9. 27. 40. et l. 11. 10. *Gatak.* 3 Legendum cum *Gataker* κρινῶμεν. 4 Scribe πολέμιε *Caſaub.* 5 Forſan, ἀνεπισήτως. *Gatak.* 6 *Chryſippi* verba apud *Plutarchum* ſic ſe habent: Ωσπερ γὰρ αἱ κωμωδίαι ἐπιγράμματα γελοῖα φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μέν ἐσι φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν τινὰ προσίθησιν· ὕτως ψέξειας ἂν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν· τοῖς δὲ ἄλλοις ὐκ ἄχρησός ἐσιν. Intereſt tantum, quod *Marcus* σίχον ἀτελῆ, *Chryſippus* ἐπίγραμμα φαῦλον, ſed uterque γελοῖον dixerit: ille ad hominem pravum, hic ad pravitatem hominis ipſam retulerit. *Gatak.*

P. 114. 1 Legendum forſan ἢ ἑτέροις. hoc eſt, *ea quae hominum alicui eveniunt, non univerſo tantum, ſed hominibus etiam aliis aliquo modo conducere. Gatak.* 2 Οπερ *Xyland.* ὥσπερ *Lugd.* 3 *Philiſtio* poeta Comicus erat *Socratis* aetate. quinam autem fuerunt *Phoebus* et *Origanio*, non certo notum eſt. *Dacier.*

P. 117. 1 Εὔδοξος Αἰσχίνε, Κνίδιος ἀσρολόγος, γεωμέτρης, ἰατρὸς, νομοθέτης. τῦτον ἀντὶ τῦ Εὐδόξε, ἔνδοξον ἐκάλεν, διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φήμης *Laert. l.* 8. qui et vitam ejus breviter deſcripſit. *Gatak. Olymp.* 99. ac deinceps etiam 103, claruit. *Voſſius* de Scient. Math. c. 33. 13. quem vide. 2 *Hipparchus* Nicaeus, inſignis Mathematicus; quem *conſiliorum naturae participem* vocat *Plin.* Hiſt. Nat. l. 2. c. 12. vid. et ibid. c. 26. *Gatak. Olymp.* 154, ac novem ſequentibus floruit. Vid. *Voſſium* de Scient. Mathemat. c. 33. 4. 3 Vid. ad lib. 4. 1. 4 Lege ἢ ὅτι et poſtea ὠρέγε. *Gatak.* 5 Deeſſe videtur aliquid. Supplenda forſan conditionalis particula ut ſenſus ſit integer, [εἰ] ἐφ' οἷς προήχθημεν. atque ita ſenſiſſe videntur interpretes. Malim tamen adjecta etiam negativa [εἰ μὴ] ἐφ'

οἷς

οἷς προήχθημεν, ταῦτ' [ἃ] γίνεται. *nos quod noſtrum eſt*, hoc eſt, conatos eſſe *conſequimur*, *etiamſi ea ad quae impulſi fuimus*, *neutiquam fiant*, neque exitum ſortiantur conatus noſtri. ὁρμὴν ſiquidem, i. e. *actum* noſtrum, non et *effectum*, quod in aliena poteſtate ſitum, nobiſmet ipſi proponebamus. Vel etiam perſona eadem continuata, κἂν ἐφ' οἷς προήχθης, ταῦτα μὴ γίνεται. *Gatak.*

P. 118. 1 Legendum cum *Gatakero* τῷ, vel poſtea λεγόμενον. 2 Vid. ad lib. 5. 5. 3 Recte monet *Gul Canter.* var. lect. l. 7. c. 1. Legi debere κυβερνῶνται, et ἰατρεύονται. *Gatak.*

ANNOTATIONES in LIB. VII.

PAG. 121. Not. 1. Συνήθη ἀγ *Gatak.* 2 Ab opinione de rebus *Phantaſiae* obvenientibus, et parum ab intellectu perſpectis temere judicante, jam ante hac ſaepe evictum eſt mala noſtra oboriri omnia; nec dubium eſt quin idem hic loci voluerit *Antoninus*. *Dacier.* 3 Ας *Gatak.* 4 Vana viliaque varia coacervat; quibus hominum vita conteri ſolet. conſimilia iſtis habuimus ſupra l. 5. 33. nec abſimilia prorſus infra c. 48. *Gatak.* 5 Aut iſta è loco ſuo mota ſunt, aut, quae ad membra priora pertinent, *Marcus* ipſe ſubjunxit. Hunc itaque in vertendo ordinem ſequi praeoptabam. *Gatak.*

P. 122. 1 Periochen ſuperius proximam, à librario aliunde interjectam cenſet *Xyland.* quia quae hic dicuntur eodem pertineant, quo priora illa c. 4. Sunt quidem argumenti ejuſdem et haec et illa periocha: verum nihil obſtat, quo minus ita fuerint à *Marco* ipſo digeſta, qui prout in mentem nunc haec nunc illa venerant, chartis illinere ſolenne habuit. *Gatak.*

P. 123. † Natura *Xyland.* ſubſtantia *Caſaub.* * Spirituale *Dacier.*

P. 125.

P. 125. 1 Verba illa διὰ τὸ ῥῶ σοιχεῖον glossema forsan fuerint. *Gatak.* 2 Καλαληλικῶς legi vult *Gatak.* ita nempe delectat ut ulterius nihil requiras. eadem vox reperitur l. 9. 42. ubi vide. Verum καλαληπλικῶς retinet *Dacier.* et vertit, *Veram istam et solidam quae à totius corporis consensu proficiscitur, nondum percipis voluptatem.* Id enim agit *Antoninus*, ut membrum quod caeteris facit bene, eadem opera benefacere et sibi et eodem affici gaudio, evincat, quo illa quibus benefit, perfunduntur. 3 Hoc est, corpusculi mei membris. *Gatak.* 4 Lego, ὅ, τι ἄν τις π. *Gatak.* 5 Manca haec esse ex sequentibus satis patet. *Bootius* per interrogationem concipi postulat: cui ego libens assentior; et quae desunt, ita supplenda existimarem· ἀκ ἐνοχλεῖ; οἷον λέγω, ἀ φοβεῖ ἑαυτό; [ἀ λυπεῖ;] εἰς ἐπιθυμίαν [ἀ κινεῖ; vel ἀκ ἄγῃ;] *Gatak* 4 Εἰ ἀκ ἄξεις, vel παρέξεις αὐτὸ εἰς κ. *Salmas.* quam lectionem in versione expressit *Gatak.* 7 Deesse vocabulum aliquod videtur, quod membrum posterius expleat. Forsan [ἡγεμονικὸν] ἀγαθὸν, fuerat, in hoc enim *Marco* censente τὸ πᾶν. Idemque eidem ὁ δαίμων iste l. 2. 13. 17. et l. 10 13. quo loco ait τὸν νοῦν, ubi voluerit, ἀγαθὸν δαίμονα fieri. Conjecturam meam firmat, quod ex *Platone Clemens* Stromat. l. 2. Αὐτὸς δὲ ὁ Πλάτων τὴν εὐδαιμονίαν, τὸ εὖ τὸν δαίμονα ἔχειν· δαίμονα δὲ λέγεσθαι, τὸ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡγεμονικόν. *Gatak.* 8 Forsan [νὴ] τοὺς Θεούς. atque ita *Casaub.* Sed nec forte νὴ particula illa interjecta opus fuerit. siquidem *Salmasius* formulam usitatam esse monet τοὺς Θεούς ζῳ, subaudi ὄμνυμι, eamque locutionem occurrere in *Anacreonte* carm. 31. Ἄφες με, τοὺς Θεούς ζῳ, Πιεῖν πιεῖν ἀμυδί. et *Arrian.* in *Epictet.* Differt. l. 3. c. 26. Παῦσαι, τοὺς Θεούς ζῳ, ἐμπαίζων μοι τῇ ψυχῇ. Locus ergo sincerus et integer est. Nec ulla ratione admittenda *Annotatoris Lugd.* interpolatio ἀπέρχου πρὸς τοὺς Θεοὺς ζῷ. *Gatak.*

P. 126.

P. 126. 1 Periochen hanc miſere mutilatam ac vitiatam eſſe, ſatis indicant tam diſcrepantes à ſe invicem interpretum verſiones. *Bootio* tamen aſſentior qui ſic effert Τὸ ἐπίκοσον τῦ προσώπυ λίαν παρὰ φύσιν ὅταν πολλάκις [γίσηται,] (vel etiam tranſpoſitione tantum facta ἢ) ἐναποθνήσκῃ. καὶ τὸ πρόχημα τὸ τελευταῖον ἀπεσβέσθη, ὥστε ὅλως ἐξαφθῆναι μὴ δύνασθαι. *Gatak.*

P. 129. 1 Haec à ſuperioribus tanquam alio ſpectantia ſejungit *Dacier.*

P. 130. 1 Hemiſtichium videtur poetae alicujus: ideo praemiſit, ἐκεῖνος μέν φησι. *Gatak.* 2 Locus corruptus. Legit *Boot.* ἔτι [μᾶλλον] εἰ διάμονα τὰ ϛ. lectionem autem *Caſauboni* Τί δαὶ εἰ μόνα τὰ ϛοχεῖα; in verſione expreſſit *Gatak.* 3 Εἰ μὴ λίαν ὀλίγα *Boot.* quod ſequitur *Gatak.* 4 *Xyland.* et *Caſaub.* pro εἰ legunt ἤ. poteſt tamen retineri conditionalis particula, ut dicatur, *ſive diſſipatio, ſive reſolutio, ſive annihilatio detur, omnino unum è duobus iſtis conſequatur neceſſe eſt, ut vel extinguatur anima vel transferatur. Gatak.* 5 Per ἀπόληψιν intelligit *Caſaub.* obfirmatam animi conſtantiam, qua doloribus corporis fortiter obnititur, et aditus ad ſe quaſi praecludit omnes. verum ὑπόληψιν legit *Gataker.* ut idem ſit τὴν ἑαυτῆς γαλήνην καὶ ὑπόληψιν διαλιπεῖν, quod ſupra c. 14. μὴ ὑπολαμβάνειν ὅτι κακὸν τὸ ϛυμβεβηκός. 6 Elegans ſimilitudo, ab arenis mutuata, quarum acervi cumulique, ſive ventorum ſive fluctuum vehementia ac violentia adacti, alii aliis ſuperveniendo illos iſti adoperiunt obruuntque. *Gatak.* 7 Ex libro 6. de Repub. p. 486. Tom. 2. *Edit. Stephan.* 8 Ex *Arrian.* in *Epictet.* diſſert. l. 4. c. 6. *Gatak.* 9 *Euripidis* ſunt ex *Bellerophonte*, ut docet *Stobaeus*, Tom. 2. tit. 108. *Gatak.* 10 Cujus epici iſta ſint, nondum comperi. Videntur parentis alicujus verba, filium ad rem probe ſtrenueque gerendam adhortantis. *Gatak.* 11 *Euripidis* eſſe ex *Hypſipyle* auctor eſt *Stobaeus*,

Tom. 2. tit. 108. apud quem ut et apud *Plutarch.* ad *Apollon.* posterior versus sic concipitur; Καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή. *Gatak.*

P. 133. 1 Ex incerto Tragico, sed pietatis praegnans professio. *Gatak.* 2 Est *Aristophanis* ex *Acarn.* act. 2. [sc. ult.] quod in proverbialem loquendi formulam cessit. Ita usurparunt *Cicer.* ad *Attic.* l. 6. ep. 1. et l. 8. ep. 8. et *Clem. Alex.* Strom. l. 6. *Gatak.* 3 Ex *Platonis* Apolog. p. 28. Tom. 1. *Edit. Stephan.* 4 *Plato* Ibid. 5 Ex *Platonis* Gorgia. p. 512. Tom. 1. 6 Εὐχλέου legitur apud *Platonem.* 7 Lectionem hanc solicitat *Xyland.* quia sc. minime muliebris haec sententia videatur. *Annotator Lugd.* etiam ταῖς γυναιξὶν audacter deleri jubet. Verum nihil movendum ex *Platone* liquet. suntque etiam mulierculis decantata ista, *Fatum esse inevitabile, neminemque sibi destinatum unquam effugere valuisse. Gataker.* 8 Tanquam mente tua et cogitatione sidera in motu cursuque suo rapidissimo illo comitatus et consecutus. Vel, vitae tuae momenta tanquam una cum coelestibus illis corporibus transvolantia considerans. *Gatak.* 9 Ubi *Plato* haec habeat, mihi nondum succurrit. *Gatak.*

P. 134. 1 *Euripidis* ista sunt ex *Chrysippo*, quod ex *Clement. Alex.* Strom. 6. didicimus. refert et *Philo* de Mund. Immortal. ex quo sic restituenda et disponenda sunt. Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας Φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον Πόλον ἦλθε πάλιν. *Gatak.* 2 Lego, ἢ τοιοῦτος. vel [ἢ] ἢ τ. *Gatak.* 3 Sunt isti apud *Euripidem* versiculi quibus id agit ille ut homunciones ridendos omnibus detestandosque propinaret, qui de vita adeo sunt anxii, ut ista curent cogitentque sola, quae ad hanc producendam conducunt: in *potu* sc. *ciboque et id genus cupediis* super modum solliciti, caeterorum negligentes. *Dacier.* Καὶ istic superfluum videtur. Versus sunt ex *Euripid.* supplic. à *Plutarcho* etiam in Consol. ad *Apollon.* laudati. sunt autem varie admodum in *Euripidis* codicibus, apud *Marcum*, apudque *Plutarchum* concepti quod est vitiatorum indicium satis clarum.

Apud

Apud *Plutarchum* ſic ſe habent, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγέμασι. Ego vel *Marcum* ſequar lubens vel *Plutarchum*, qui ut verbulo differant, ſenſu conveniunt. *Gatak.* 4 Haec aliunde ſunt. *Gatak.* 5 Quid ſi ἀνοδύρτοις, *minime flendis aut lugendis*, verterimus? ut ſint κάματοι ἀνοδύρτοι, *labores*, ſi cum *Flacco* loquamur, *illachrymabiles*; ſive *qui lugendi non ſint*, ſed ſtrenue alacriterque perferendi. quanquam et ἀνοδύρεσθαι eſt θρηνεῖν, κλαίειν, Suidae. Atque inde poterit τὸ ἀνόδυρτος deduci. *Gatak.* 6 *Profuſior* vertit *Boot.* ut ſit ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν *dependere, impendere, infumere.* Ego malim καθαλικώτερος et cum *Xyland. luctae peritiorem* intelligi. καταβάλλειν *dejicere, proſternere* de colluctantibus eſt frequentiſſimum. *Euſtath.* ad *Hom.* Il. 1. v. 206. Τὸ κάβαλεν, ἢ ἁπλῶς ἀντὶ τοῦ ἔβαλλεν, ὅ ἐστι ἔθετο, ἢ βαστάξας ἄνω εἶτα καθετίθετο. οὕτω καὶ ὁ παλαιστὴς καταβάλλει τὸν ἀντίπαλον et apud *Plutarch.* in Apoph. Spartanus quidam de antagoniſta ſuo, à quo in certamine ſuperatus et proſtratus fuerat, dixiſſe fertur; ὁ μὲν οὖν κρείσσων, ἀλλὰ καθαλικώτερος. quo et reſpexiſſe *Marcum* probabile admodum videtur. *Gatak.* 7 Κοινωνικώτερός ἐστί τις *Gatak.* 8 Παρούσῃ *Gatak.*

P. 137. 1 Genuina hujus articuli mens ſubobſcura, ni me fallat plurimum, iſthoc demum recidit. Quod, quemadmodum ſi nobis eſſet hodierno die moriendum, nihil eſſet rerum omnium quod efflagitaremus magis, quam melius vivendi ut ſpatium protrahatur: idem, quo nunc ſunt res noſtrae loco, agendum ſedulo: Ut ii nempe ſimus homines, qui potiſſimum eſſe volumus, quantum fieri poterit primum: et conſilia maturando, mortem quantumvis celeriter appetentem praevertamus. *Dacier.* 2 Σοὶ, malim *Gatak.* 3 Πρόσεχε ἑαυτῷ, καὶ θέλε καλὸς εἶναι legendum cenſet *Gatak.* 4 Legendum forſan, καὶ μέμνησο ἐπ' ἀμφοτέρων, ὅτι

ἀδιάφορον, ἐφ' ᾧ ἡ πρᾶξις. In utriſque autem illis, hoc eſt, tum in illis ſibi dimittendis, qui ſecius ſe gerunt, tum et in rerum iſtarum quae contingunt, uſu medium quiddam eſſe nec bonum ſc. nec malum, illud circa quod actio tua verſatur. *Gatak.* 5 Bona ſcilicet indoles, et mens recte diſpoſita, fontis ad inſtar vivi, donec haurias fluit perennis: ſin ceſſas, areſcit illico, nec ſe diffundit amplius. Haec utique bonis operibus crebro repetitis fovenda, quibus dum incumbimus ſtrenui, excitatur indies atque reficitur; ſin otioſam permittas, langueſcit protinus et brevi extinguitur. *Dacier.*

P. 138. 1 Συνεχὸς legi debere ſuſpicatur *Caſaub.* 2 Legendum videtur vel εἰς βλέπων aut εἰ βλέπεις cum *Gatakero:* vel ἐμβλέπων, prout in MS. *Hoeſchel.* exſtare teſtatur *Caſaub.* 3 *Plato* in Sophiſt. *Gatak.* 4 Λογικὴ ſcribendum putat *Caſaub.* 5 Vide ſupra c. 33. 6 *Occulto modo,* ſive *clam et citra ſenſum noſtrum moleſta ſunt,* interpres uterque. at quomodo nec ſentientibus moleſta eſſe poſſunt? itaque interpunctione mutata, et poſt λανθάνῃ adhibita, verto, *multa quae taedio nos afficiunt, non animadvertimus ejuſdem eſſe cum dolore naturae. Gatak.* 7 Ἀπάνθρωποι *Gatak.* 8 Τηλαύγης legit *Menagius* ad *Laertium* l. 2. ſegm. 24. et 61. et eum ſecutus *Dacier.* et *Telaugem* philoſophum intelligi putant *Pythagorae* filium, et *Empedoclis* magiſtrum, quem dialogo quodam *Telaugis* nomine inſignitum perſtrinxit *Æſchines.* Vid. *Menagium* locis ſupra nominatis, ut in hiſtoria *mulierum Philoſopharum* in capite de *Theano.*

P. 141. 1 De *excubiis in Pago* (*Martio* forſan) frequentius habitis intelligit *Caſaub.* 2 *Salaminius* iſte Leo dicebatur (neque enim quod interpretes ſenſiſſe videntur, *Salaminius* illi nomen fuerat) homo locupletiſſimus, ad quem comprehendendum, quo morte afficeretur, nulla juſta de cauſa, *Socrati* una cum quatuor aliis in mandatis dederant triginta tyranni, penes quos ſumma rerum tunc *Athenis* reſidebat. Verum is eorum juſſis obtemperare recuſabat. Vid *Platon.* Apolog. et epiſt.

epiſt. 7. *Laert.* 2. &c. *Gatak* 3 Alluſit ad illud *Ariſtophanis* de *Socrate* in Nubib. Οτι βρενθύει ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλῃ. *Gatak.* Απισήσειεν *Gatak.* 5 Σὲ τῷ ζυγκρίματι *Gatak.* Τὸ σὺ ζυγκριμάτιον *Salmaſ.* 6 Ελεύθερος *Caſaub.* 7 Vid. ad l. 12. 1.

P. 142. 1 Praeter ſenſum illum quo ſupra. c. 43. uſurpatur σφύζειν, eſt etiam *Suidae* ἐπείγειν. *Gatak.* 2 Legendum contendit *Caſaub.* ἢ τὰ λογικὰ καὶ κυριώταλά ἐσιν, vel etiam, ἢ τὰ λογισικὰ, τὰ κυριώταλά ἐσιν. ut ſit ſenſus *rationales creaturas eſſe objecta principalia, circa quae peculiaris illa cura, et providentia verſatur.* Ego tamen nihil mutandum cenſeo. hoc enim velle videtur *Marcus.* Ad mundi hujus fabricam producendam ac conſtituendam, peculiari quodam motu, univerſi natura acceſſit. deinceps autem, vel quaecunque in ea contingunt, vi nexus cujuſdam et conſequentiae neceſſariae lege certa tunc conſtitutae eveniunt, vel principalia illa, ad quae univerſi mens praecipue et quaſi peculiariter ſeſe intenderit, nulla ratione, ſed temere diſpoſita fuerint. at hoc eſſet abſurdiſſimum, mentem univerſi, cum ad iſta producenda ac conſtituenda peculiari motu proceſſiſſet, de futura diſpoſitione atque ordinatione legem nullam tuliſſe, ſed temere ferenda caſui fortuito permiſiſſe. *Gatak.*

Annotationes in Lib. VIII.

Pag. 145. Not. 1. Legit *Boot.* ὅσον δήποτε ἡ σὴ φύσις θέλῃ, βιώσεις. emendationi aſſentior: Verum mihi aliquod inſuper, quod deſit, ſupplendum eſſe videtur. Sequitur enim, καλανόησον ὧν τί θέλῃ. *conſidera ergo quid ea velit.* non *quamdiu*, ſed *quomodo* te vivere velit. unde liquet, de ea re monitum aliquod anteceſſiſſe. forſan ergo legendum, εἰ καὶ τὸ λοιπὸν τὸν βίον, ὅσον δήποτε, [ὡς] ἡ σὴ φύσις

φύσις θέλῃ, βιώσεις. *Gatak.* [2] Ποίᾳ [τις] *Gataker.* [3] Ἐλεύθεριον *Caſaub.*

P. 146. 1. Lectionem hanc ſi admittimus, ſenſus erit, *Eadem erant mentes illorum:* ſive, *per omnia ſibi invicem conſentiebant.* Caeterum *Caſaub.* ταῦτα legiſſe videtur: et *Xyland.* τοιαῦτα, cum vertit, *ita erant eorum mentes inſtructae.* ejuſmodi nimirum mentes habebant, quae in rerum naturas acutius introſpicere, et ſagacius intromittere ſe poterant. hunc ſequor. inde ergo factum, ut cum rerum naturam perſpectam haberent, et cui uſui inſervirent, nec multis opus eſſe ſibi ad bene ac feliciter agendum intelligerent, nec avidius quicquam, quam par erat, appeterent. *Gatak.* 2 Sic reſtituit *Gatak.* cum prius ſine interrogatione legeretur. Eſt autem hoc ad reges et imperatores ſupra nominatos referendum (ut volunt *Gatak.* et *Caſaub.*) non ad philoſophos prout vult *Xyland.* 3 Hoc, inquit, animo tuo obverſetur, ubi hominum aut injuriis, aut flagitiis commoveri te ſenſeris, eadem facturos etiamſi tu te indignatione confeceris. *Gataker.* 4 Tranſpoſita videntur iſta: ſic forſan collocanda: τὰ πάντα ξυνήθη. ὥστε οὐχὶ φοβηθῆναι, μή τι καινόν. *Gataker.* 5 Legit *Caſaub.* ἦγε, quod probat *Gatak.* [6] Τὸ ἓν πρὸς τὸ ἕν *Caſaub.* 7 Divulſa vitiataque iſta prout prius legebantur τὰ πάντα. τῷ δέ πρ. feliciter, mutatione leviſſima ſic reſtituit *Caſaub.* Proportionis iſtius, inquit, aequalitatem deprehendas licet, non ſi unum aliquod in unoquoque conſideres; [vel, unum aliquod in hac re cum uno aliquo in alia conferas, ſi admittatur *Caſauboni* lectio τὸ ἓν πρὸς τὸ ἕν] ſed ſi, iſtius quaeque, cum alterius cujuſquam affectibus ac dotibus à natura eidem collatis univerſis ſimul ſumptis contuleris. Ita ſiquidem unumquodque in ſuo genere perfectum exſiſtere patefiet, nec muſcae aut culici magis quicquam deeſſe, quod ad muſcae culiciſvae naturam pertineat, quam elephanti aut leoni. *Gatak.*

P. 147. † Cauſſas *Caſaub.* * Legere non vacat. *Caſaub.*

P. 149.

P. 149. 1 Vide l. 3. 11. [2] Ἔχων *Gatak.* 3 Ita l. 10. 30. βιάζεται. *cogitur facere quod facit.* non à vi aliqua externa, ſed à principio interno, falſo nimirum dogmate, pravo perverſoque judicio. *Gatak.*

P. 150. 1 Æque liberum eſt, inquit, quodque animum ingenuum nihilo magis dedeceat, verum docenti, ubi erraverit quis, obſequi, atque rectae viae, ubi eam certo judicio elegerit, conſtanter libereque inſiſtere. Corrigere nimirum vult abſurdum quorundam errorem, qui *quod ſemel imbiberint, nolunt deponere,* (ut *Cyprian.* l. 2. ep. 1.) *et pervicaciam conſtantiae loco habentes rectiora monenti parere ſervile ducunt ac illiberale. Gatak.* 2 *Lugd.* melius σὴ et σὴν, deeſſe tamen forſan videatur ἀρκεῖσοι, aut tale quid. verum diſtinctio interjecta integram faciet ſententiam. Lego igitur, σὴ γὰρ ἐνέργεια, καὶ κατὰ τὴν σὴν ὁρμὴν &c. *tua enim eſt operatio* et *iſta, utpote intentioni tuae conſentanea* &c. *Gatak.* [3] Εἰ μὲν γὰρ δύνασαι, διόρθωσον· εἰ δὲ τοῦτο μὴ δύνασαι, τὸ πρᾶγμα αὐτό. εἰ δὲ μηδὲ τοῦτο, πρὸς τί ἔτι ζυμφέρει τὸ μ. &c. ex MS. *Hoeſchel.* legit *Caſaub.* quod et *Xylandrum* in ſuo codice reperiſſe non ſine cauſa putat, cum illius verſio ex hac ipſa lectione videtur expreſſa. [4] Καὶ ὁ ἥλιος ἄρα θεός τι ἔργον γέγονε. *Gatak.* 5 Sidera nimirum, quae animata eſſe putabant, et Deorum loco habebant. v. l. 9. 35. *Gatak.* 6 Sejungunt iſta à ſuperioribus *Xyland.* et *Caſaub.* mihi continuanda prorſus videntur. quemadmodum, inquit, qui pilam mittit, rationem apud ſe habet, non tantum quomodo motus ille ineatur, ſed qua feratur, et quo loco terminetur; ſive qua permeet pila, quo pertingat, ubi cadat; ad eundem modum natura conſilium iniit, non de ortu tantum, ſed de obitu etiam ac progreſſu cujuſque rei. Sic *Plautus* ſenſu non multum ab hoc abhorrenti, prolog. *Captiv. Enimvero Di nos quaſi pilas homines habent. Gataker.* [7] Νοσῆσάν τε ἢ ἀποπνεῦσον legit *Gatak.* 8 Monet ut ad id quod prae manibus eſt, ſive decretum illud, ſive factum

tum ſive dictum ſit, animum ſedulo advertamus. *Gataker.* 9 Separat iſta à praecedentibus *Caſaub.* poſſunt tamen ad idem argumentum pertinere. Merito multa pateris, quia ad id quod prae manibus eſt non attendis, ſed de rebus futuris anxius, animique ſuſpenſus es, et quod praecipue te ſpectat differs. *Gatak.* 10 Haud integra ſatis videntur iſta, forſan ſcribendum, ὅτι μᾶλλον δὴ ut ratio reddatur quare tot moleſtiis conflictetur. Legi tamen poſſunt et ἐρωτημαϊκῶς, [τί] μᾶλλον δὲ &c. *Gatak.*

P. 153. 1 In ſingulis ſubaudienda verba illa ἐξήνεγκε et ἐξηνέχθη. erat autem *Lucilla Marci* filia *L. Vero* imperii conſorti nuptui data, eidemque ſuperſtes. Vid. *Capitolin.* in *Vero. Gatak.* 2 *Maximus* cujus mentio l. 1. 15. inter Stoicos à *Capitolino* recenſetur, quibus *Marcus* noſter in diſciplinam ſe dederit. *Gatak.* 3 Quis iſte *Epitynchanus* et *Diotimus* cui is ſupervixerit et ſucceſſerit, neſcire me fateor. *Gatak.* 4 *Annia Fauſtina Antonini Pii* uxor. Vide *Capitolin.* in *Pio. Gatak.* 5 *Caninius Celer* orator ſive Rhetor, quem et *Marcus* et *Lucius* audierant. Vid. *Capitol. Gatak.* 6 Depravatum opinor. forſan Ἱέραξ. *Hieracis* enim apud *Stobaeum* reperiuntur fragmenta. Vel Χάραξ etiam: ſiquidem *Charax*, Philoſophus Pergamenus, *Suidae* memoratur. Et edit. *Lugd.* Χάραξ habet. *Gatak.* 7 *Phalereum*, puto, vult è familia *Platonica*, *Theophraſti* auditorem de quo *Laert.* l. 5. quanquam poteſt etiam *Demetrius* Byzantinus Peripateticus, cujus et *Laert.* ibidem meminit, *Marco* dictus intelligi. Verum illum potius. *Gatak.* 8 *Eudaemon* inter Aſtrologos celebriores recenſetur à *Vitruvio* l. 9. c. 7. *Gatak.*

P. 154. 1 *Sana oratione non eſt aperte ſemper utendum* vertit *Xyl.* et *Caſaub.* Verum alia videtur hic *Marci* mens. Ego malim κοσμίως, μὴ περιτράπως. ὑγιεῖ [δὲ] λόγῳ χρῆσθαι. *Et publice in Senatu et apud unumquemque privatim, eam Sermonis rationem habeas, ut non tam diſerte et eleganter, quam modeſte et decenter loquaris. Oratione vero ſana et ſalubri ſemper utari.* Si quidem κομψόν, περίτρανον, περίλαλον *Suid.* et *Etymolog.*

molog. Στωμύλεσθαι, τὸ περιτράνως λέγειν. Alioqui τρανὲς, ϛαφὲς, i. e. *clarum* et *perſpicuum* denotat: ut et ἀληθὲς, *verum:* quia veritate nihil clarius, certiuſque. Verum pro *diſerto* plerumque ſumitur, eaque ſignificatione apud *Helleniſtas*, qui dici ſolent, etiam ſimplex τρανὸς reperitur. Auctor *Sap. Solom.* c. 10. v. 21. ὅτι ἡ ϛοφία ἤνοιξε ϛόμα κωφῶν, καὶ γλώσσας νηπίων ἔθηκε τρανάς. *linguas infantium diſertas reddit*, ut vertit *Jun.* Interpretes Graeci *Eſai.* 35. 6. καὶ τρανὴ ἔσαι γλῶσσα μογιλάλων. *Gataker.* 2 *Sermone ſano*, i. e. *vero.* ὑγιὴς λόγος *verus, ſincerus, ſimplex Sermo.* Cui opponitur νοσῶν λόγος apud *Euripid.* in *Phaeniſſ.* ſed et apud *Sophoclem* in *Trachin.* (ſic reſtituente *H. Stephano*) Τὸ γὰρ νοσῆν τι λῃρεῖν ἀνδρὸς οὐχὶ ϛώφρονος. νοσῆν τι, i. e. νοσῆν τινα λόγον, ut *Euripides*. *Gataker.* 3 *Poſteri* vertit *Xyland.* forſan ἀπόγονοι, *privigni.* ita enim in jure quandoque dicuntur. *Gatak.* 4 *Arei* Philoſophi, cujus contubernio et amicitia uſus eſt *Auguſtus*, meminit *Sueton.* l. 2. c. 89. Ut et *Strabo.* l. 14. *Seneca* ad *Marc.* c. 4. *Plutarch.* in *Anton.* et alii. *Gatak.* 5 *Sacerdotes* vertit *Xyland. aruſpices Caſaub.* Ego *victimarii, popae*, Θύτης Æolice φύτης, *popa.* Vid. *Salmaſ.* in *Solin. Gatak.* 6 Τὰ ἄλλα legit *Caſaubon.* et eum ſecutus *Gatak.* 7 Subintelligi hic putat *Gataker.* ἐπιλογίζεσθαι, ut ex verſione ejus conſtat. Sed multo apertior, et facilior erit ſenſus, ſi repetatur illud membri prioris ἀνάγκη γένεσθαι, *neceſſe eſt ut cujuſque gentis ultimus tandem aliquis exſiſtat, atque adeo tota illa gens* (ultimo ſc. illo defuncto) *pereat neceſſe eſt.* 8 Ita accipere externa iſta, ſive opes, ſive honores, et conſimilia à rerum omnium auctore tributa, ne acceptis, quod plerique ſolent, inſoleſcas. μωρὸς γὰρ ὁ ἐν τούτοις φυσώμενος. l. 5. 23. *Gatak.*

P. 157. 1 Ἀποῤῥαγέντι, et in fine periodi pro ἐποίησεν, ἐπέτρεψεν ex MS. *Hoeſchel.* legit *Caſaub.* 2 Τῆς τῶν ὅλων

φύσεως *Gatak.* 3 Natura, inquit, univerſi, i. e. numen ipſum, ſive potentia et providentia divina, obſtantia et renitentia ac opponentia ſeſe quaeque *circumducit* quodammodo, et *in uſum ſuum convertit*. Hoc eſt enim τὸ ἐπιπεριτρέπειν. *Gatak.* 4 Malim ἐπιγλῳήσεσθαι in futuro. *Gatak.* 5 Ritum alludit ſepulchris eorum, quos defunctos conditoſque lugebant, aſſidendi. *Gatak.* 6 Cum *Salmaſio* legendum putat *Gatak.* Οὐήρᾳ, cujus *Panthea* liberta, *Pergamus* libertus fuerit. 7 Χαβρίας legunt *Xyland. Caſaub.* et *Gatak.*

P. 158. 1 Γράσος *Gatak.* 2 Locus depravatus, cui vario modo opem ferre viri docti conantur. Videtur legere *Gatak.* κρίνων, φησὶ, [ἐν] ζωφωλάτοις, conjicit autem *Salmaſ.* Κρίτων φησὶ ζοφώταλος. vel Ζήνων φησὶ ζοφώταλος. 3 Cum mens aut animus σφαῖρος ſive σφαιροειδὴς ſemel eſt, idem ſemper eſt, nec ulla vel interna (τῶν παθῶν,) vel externa fortunae vi de ſtatu ſuo dejicitur. *Caſaub.* Verba haec vertit *Gataker.* quaſi ſic eſſent concepta, ἅπλε, ὅταν γλῳὴ σφαῖρ' ὡς κυκλοτερής. Hac autem imagine viri ſapientis uſus eſt *Horatius* Sat. 7. l. 2.

——— *In ſeipſo totus teres atque rotundus,*
Externi ne quid valeat per laeve morari.

at *Ariſtoteles* (l. 1. *Ethic. Nicom.*) virum bonum τετράγωνον i. e. quadratum appellat, quod (ut ait l. 3. *Rhetor.*) nulla fortunae vi everti poſſit, ſed ſibi ipſi ſemper conſtet, et quodmodocunque volutatus, baſim firmam habeat, inſtar cubi, qui non facile movetur, motus autem in ſeipſum recumbit. 4 Melius *Annotator Lugd.* μήτε [τι] τῷ. 5 Syntaxis poſcit ὁρῶν, quia praeceſſerat τὸ ἡγεμονικόν. *Gatak.* ὁρῶν τε etiam edidit *Caſaub.* 6 Malim, ἤδη. *Gatak.*

P. 160. † Abjectus, proſtratus (animus ſc.) *Caſaub.*

P. 161. 1 Τὸ βαρεῖσθαι, μεταβαλικῶς, prout *Marc.* iſtic uſurpatum haud temere alibi deprehendes: ut nec hoc ſenſu ſecundum *Schol.* in illud *Thucydidis* l. 2. ἐβαρύνοντο δὲ

καὶ

ἢ χαλεπῶς ἔφερον. ὃ δεῖ, inquit, λέγειν, ὅτι ἐβαρῦντο, ἀλλὰ βαρύνομαι &c. *Herodianus* tamen ἐβαρῦντό τε αὐτῶν τὴν ἀλγηδόνα. *Eorumque nobilitatem aegre, sive gravatim ferebant. Gatak.* 2 Ad morem demississime supplicantium alludit, opinor, *Antoninus* prioribus duobus verbis. Non enim solum in terram abjicere se, sed et corpus totum porrigere soliti, qui demississime, ritu tamen non tam Romano vel Graeco, quam barbaro, supplicabant. *Casaub.* 3 *Anxia* vertit *Xyland. confusa Casaub.* ut συγχεομένη, vel συγχυομένη legisse videatur. quid si συνδεομένη legatur? *una cum corpore constricta,* et vinculis quodammodo obnoxia. *Gatak.* 4 Legendum opinor, ἢ ἢ ὁ ἐνεργῶν. *discedas è vita ἀμέμπτως i. e. placido animo, quomodo et is solet discedere, qui id quod volebat assecutus est. Gatak.* 5 Vide ad l. 11. c. 3.

P. 162. 1 *Fluctuare* vertit *Xyland. tardum et remissum esse Casaub.* haud male. ἐπισύρειν, *languide agere:* tractum ab equis, qui ἐπισύρειν dicuntur, cum ilia *trahentes languide incedunt,* τὰ ὀπίσθια ἑφέλκοντες ἐπὶ τὰ ἐμπρόσθια, καὶ ὑποφέροντες ὥστε ἀλλήλοις συγκρύειν. uti *Aristot.* Hist. Animal. l. 8. c. 24. *Gatak.* 2 Τὸ κρεανομεῖν proprie de *Visceratione* usurpatur, in qua κρέα νέμουσι, *carnes distribuuntur.* Verum *Marcus* noster istic aliter accipit de immanium atque efferatorum hominum truculentia, qui congeneres sibi mactant, ossaque eorum *diffringunt tanquam ad ollam, carnes in frusta secant, velut ad lebetem,* ut *Michaeus* loquitur c. 3. v. 3. Quod et *Cleoni* minatur ille in *Aristoph. Equit.* Περιχόμματ' ἐκ σὺ σκιάσω. i. e. inquit *Schol.* καὶ μέρος κατακόψω τὸ σῶμα. *Gatak.*

P. 165. 1 *Compone te* vertit *Xyland. gigne Casaub.* [qui et φύε legit cum φυομαι active sumi non putat] phrasis duriuscula, et syntaxis insolens. Itaque suspecta mihi lectio, quam tamen si retinere libuerit, quia alia commoda non occurrit; malim vertere, *congenitam & quasi nativam fac tibi usu*

atque industria jugi libertatem. In hoc te assiduo exerce, ut virtus quasi in naturam transeat tibi. *Gatak.* 2 Quemquamne hominum rudem adeo et vecordem esse, ut an mundus sit nesciat! Elementa sc. Terra, Coelum, caeteraque quibus compages haec pulcherrima conficitur, sensus fugere non possunt. Sed longe aliud voluit *Antoninus.* Scit nempe mundum esse is unus, qui Unde fuerit, à Quo formatus olim et dispositus, Cui sit etiamnum curae, quem denique in hoc universo locum is ipse sortitus fuerit, et ad quid operis à Natura constituatur, capit cogitatque. Duplex enim ista notitia qua et Mundum noscis et teipsum, ita cohaeret simul, ut hac parte dempta, illius etiam uti expers sis necesse est. *Dacier.* 3 Locus corruptus. vertit *Gatak.* quasi legeretur φύγων ἢ διώκων, οἱ οὐδ' ὅπου &c. Verum *Marcum* scripsisse suspicatur, ὁ τὸν τῶν κροτούντων ἔπαινον ἢ εὐφημίαν διώκων, ut ex ἢ εὐφημίαν, illud φεύγων ἢ enatum sit: vel etiam ὁ τῶν κροτούντων ἢ [ψόγον] φεύγων, ἢ ἔπαινον διώκων, ut ψόγον interciderit, ἢ alterum in proximam clausulam transierit per exscriptoris oscitantiam. Primam lectionem sequitur *Casaub.* et ψόγον eleganti βραχυλογίᾳ subintelligi putat: eodem modo quo 1 *Cor.* 4. 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. ἐπαίνου solius meminit *Apostolus*, cum ἔπαινος ἢ ψόγος sententia postulat. 4 Animam mundi vult. de qua ad l. 4. 21. 5 Malitia sive vitium, habenti solummodo malum est, et domino suo duntaxat nocet. *Gatak.*

P. 166. 1 In notationibus ludere, et conatu parum felici, *Chrysippo* Stoicisque solenne fuit. *Marcus* istic ἀκτῖνας dici vult solis radios παρὰ τὸ ἐκτείνεσθαι ab *extendendo*; minus probabiliter. Neque enim solent praepositiones in deductis hac ratione immutari. Melius Grammatici παρὰ τὸ ἄγειν deducunt: ἄγω ἄξω, ἦχα, ἦκται ἀκτίς. Neque enim *Etymologo* accedo derivanti παρὰ τὸ ἄγω, τὸ φέρω, ὅτι

πάνυ

πάνυ ἐκλεταμβήν (quod et *Marcus* istic) πάλη φέρε). Malim παρὰ τὸ ἄγειν ἤτοι ἀγνύειν, τὸ κλάειν. i. e. frangere: unde et ἀκλὴ litus, ad quod undae allisae franguntur, et ἀκλῖνες solis radii, quod πρὸς τὸ στερέμνιον ut *Marcus* loquitur, i. e. *ad corpora solida refringantur. Gataker.* 2 Forsan χύσιν. *Editor Oxon.* 3 Corpus opacum solis radios non admittendo, lucis beneficio sese privat, soli nihil detrahit. Ita qui officium suum praestanti se opponunt, bono, quo frui poterant, se privant, auctori sive actori nihil obsunt. *Gatak.* 4 Frigidum sane, frivolumque nimis adversus mortis metum solamen; *aut nullum es post mortem sensum habiturus, aut aliusmodi quam nunc habes.* Hoc est, quod *Senec. epist.* 82. *adversus mortem minuta jaculari; fabula leonem excipere.* potest enim et sensus, qui nunc est, manere, manebitque in improbis, ut tamen aliusmodi cruciatus persentiscant, quam dum hic viverent, unquam experti fuerint. *Gat.* 5 Εὐλαβεῖσθαι hic significat *declinare, caute defugere. Mens* inquit *secus quam sagitta aut jaculum fertur.* Sagitta namque non recta fertur, ubi à solidiore materia in quam inciderit, resilit; sed nec cum scopum petit remotiorem, quam ut recta permeando assequi possit. Mens autem *et cum declinat aliquid, et cum in rei alicujus consideratione volutatur,* ad quam ea necessaria requiritur, etiam tunc quoque *ad scopum sibi propositum recta fertur* nihilo minus, quam cum aut prosequitur aliquid, aut cum consideratione vel omissa, vel peracta, jam rem ipsam aggreditur. *Gatak.* 6 Legit *Gatak.* φέρε) κατ' ἀθὺ ὑδὲν ἧττον ἐπὶ τὸ π. 7 Legendum παρέχειν cum *Bootjo* et *Gatakero.* quod et edidit *Casaub.*

P. 167. Dividitur *Xyland.* et *Casaub.*

ANNOTA-

ANNOTATIONES in LIB. IX.

PAG. 169. Not. 1. Τὴν τῆς ὅλων φύσιν, quam et τὴν ἀλήθειαν postea vocat, καὶ τῆς ἄλλων ἀληθῶν ἁπάντων πρώτην αἰτίαν. *Gatak.* 2 Integram lineam quam hic deesse putat *Casaub.* ex MS. *Hoeschel.* sic supplet; τῆς Θεῶν [καὶ ὁ ψεύδόμενος δὲ ἀσεβεῖ παρὰ τὴν αὐτὴν Θεόν.] ἡ γὰρ &c. 3 *Haec autem omnia inter se* vertit *Xyland.* ut idem prorsus valeat utrumque τὰ ὄντα καὶ τὰ ὑπάρχοντα. at *Casaub. quicquid nunc est ad id quod prius fuerat, initumque illi dedit.* ut τὸ ὑπάρχον hic idem sit quod τὸ ὑπάρξαν. sicut et τὸ ὑπάρχειν usurpatur in *Demosthenis* oratione adversus *Neaeram.* Οὐχ ὡς ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος, *Non ut qui prior incipiat,* &c. Utrumque constare potest: illud simplicius videtur. *Gatak.* 4 *Occasiones* vertit *Xyland. instinctus et opportunitates Casaub.* malim, *subsidia et adminicula à natura accepit*; ita usurpavit *Xenoph.* oecon. ἐρῶμεν ἐπιτήδεια τινὰς ἔχοντας καὶ ἀφορμὰς, ἀφ' ὧν δύνανται αὔξειν τὰς οἰκίας· *et adminicula quaedam unde rem familiarem augere possint. Demosth.* χρήματα οὐκ ἔχοντι παρ' ὑμῶν, οὐδ' ἀφορμὴν οὐδεμίαν τῷ πολέμῳ. *Nec subsidium ullum ad bellum.*

P. 170. 1 Vertit *Xyland.* quasi scriptum esset Χαριέστερον μὲν ἢ ἂν ἄγαν &c. quae fortasse vera lectio. *Casaubon.* 2 Formula proverbialis; à nautis desumpta: πρῶτος πλοῦς dicitur, ὁ ὄριος, ἢ τοι ἐξ ὁρίας· cum *vento favente et adspirante,* navigatio instituitur. δεύτερος πλοῦς, ὅταν ὁρίου ἀποτυχόντες, κώπαις πλέωσι· *quando vento destituti, ad remigium se conferunt,* ut docet ex *Pausan. Eustath.* ad extremum Odyss. β'. Usurpavit et *Plato* in *Phileb.* et *Aristot. Ethic.* l. 6. c. 9. *Gatak.* 3 Προηρῆσθαι ἢ προσκαθῆσθαι *Annotator Lugd.* quem sequitur *Gatak.*

P. 173.

P. 173. [1] Παράπηγμα *Suidas* interpretatur κανόνα *canonem*, regulam: additque esse et εἶδός τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ. quo modo usurpavit *Vitruvius* l. 9. c. 7. de quo videri poterint *Turnebi* adversar. l. 11. c. 3. hoc loco *documentum* reddidit *Xyland.* *remedium*, *Casaub.* atque ita *Marcus* ipse l. 4. 44. βοήθημα. quanquam vim vocabuli si respicias, *machinamentum* potius sive *adminiculum* dixeris. *Gatak.* 2 Forsan, ἡ [ψυχὴ] ἐμπ. *Gatak.* 3 Legit *Gatak.* αὐτά. 4 Lego, vel πρὸς πᾶν τὸ παρὸν, vel τὸ παρὰ τῆς, expunctis particulis illis τὸ ἐκ. illud praetulerim. *Gataker.* Πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὴν ἐκ τὸς αἰτίαν συμβαῖνον scribit *Casaub.* quomodo infra c. 31. Ἀταραξία μὲν περὶ τὰ ἀπὸ τῆς ἐκ τὸς αἰτίας συμβαίνοντα. 5 Mavult *Casaub.* ὅσα ὁρμητικὰ, καὶ ἔμψυχα. atque hic inchoata nova periodo Πάντα ὅσα.

P. 174. 1 Ex Stoicorum sententia, qui brutis animantibus affectus veros negabant, *quasi affectus*, nescio quos, concedebant. *Senec.* de ira l. 1. c. 3. *Muta animalia humanis affectibus carent, habent autem similes illis quosdam impulsus.* &c. Vide et *Plutarchum* et *Porphyr.* de abstinent. l. 3. *Gataker.* 2 *Apud praestantiorem partem* vertit *Xyland.* quasi diceretur, propensionem ad societatem apud animalia ista in parte praestantiore h. e. anima deprehendi. Cum hoc potius *Marcus* velit, in istis utpote praestantioribus, quia sunt animata, propensionem illam intensiorem exsistere, hoc est enim ἐπιτεινόμενον, quod ille omisit. *Gatak.* 3 Sic supra l. 6. c. 43. Τί δὲ τῶν ἄστρων ἕκαστον, οὐχὶ διάφορα μὲν, συνεργα δὲ πρὸς ταὐτόν. Astra autem hominibus praestantiora dicit, quia illa pro Dejs habebant Stoici. vid. infra c. 35. 4 Hoc est quod *Cicero* de amicit. *Quinetiam si quis ea asperitate est, et immanitate naturae, ut congressus et societatem hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus, tamen is pati non possit, ut non acquirat*

rat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis ſuae. Vide et [*Arriani*] *Epictet.* l. 2. c. 20. *Gatak.* 5 Ita *Baſil.* ſed *Lugd.* melius τέτριφεν *trivit.* Sic *Cicer.* de fin. l. 3. *Rerum nomina novarum, quae nunc conſuetudo diuturna trivit. Gatak.*

P. 177. 1 Legendum cum *Gatak.* ἢ εἰπέ. 2 Περισάσεως vocabulum hic in ſequiorem partem ſumitur; pro ejuſmodi caſibus qui moleſtiam nobis aliquam faceſſunt, quod frequenter fieri *Budaeus* monet. *Phrynichus,* Περίσασις ἡ ξυμφορά. et Stoicis familiare eſſe eo ſenſu adnotat. *Maxim. Tyr.* in Titulo diſſert. 35. Ὅτι ἔξεσι καὶ ἐκ τῶν περισάσεων ὠφελεῖσθαι. Sic et apud *Marcum* noſtrum l. 1. 15. ἐν ταῖς ἄλλαις περισάσεσι, καὶ ἐν ταῖς νόσοις. et alibi. *Gataker.* 3 Ταὐτά. *Gatak.* 4 Legendum cum *Gatak.* αὐτῶν. 5 Legit αὐτῶν *Gatak.* 6 Forſan ὁρμῆς καὶ ὑπολήψεως πῶλα, οἷον θάναλος, ὐδὲν κακόν. Poteſt tamen ſententia continuata legi ὁρμῆς, ὑπολήψεως πῶλα, καὶ οἷον θάναλος, ὐδὲν κακόν. Illud *Caſaub.* hoc *Xyland.* ſecutus eſt. *Gatak.*

P. 178. 1 Vult ut in offenſis injuriiſque ab alio nobis illatis reſpiciamus ad *mentem triplicem*; ad *mentem propriam*, quo eam in juſtitiae tenore contineamus, nec *nocentis odio innocentiam perdere* velimus: prout alibi loquitur. ad *mentem univerſi*, cujus cum pars ſimus, aequo animo ferre debemus, quicquid illa diſpenſante nobis obtigerit, et in illius etiam uſum bonumque ceſſerit. l. 2. 3. et l. 5. 8. et alibi. Ad *mentem injuriam ferentis*, πότερον ἀγνοίᾳ (ita enim legendum autumo) peccaverit l. 2. 1. et l. 3. 11. et alibi. Subjicit etiam de *cognatione communi* monitum, quam et locis eiſdem ſedulo inculcat. *Gatak.* 2 Audacter pariter et infeliciter ἐὰν delet *Annotator Lugd.* ex formula loquendi non animadverſa, ὅτις ἐὰν pro ὅτις ἄν quaecunque. Sicut *Levit.* c. 20. v. 2. ἀνὴρ ὃς ἐὰν λάβῃ γυναῖκα. et *Matth.* c. 11. v. 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, ὃ ἐὰν λαλήσωσιν &c. *Gatak.* 3 *Quo ea quae*

in

in Necyae, sive *eorum quae apud inferos haberi existimantur*, (unde *Odyss.* l. 11. Νεκύας nomen adhaesit) *repraesentatione aguntur*, *efficacius peragantur*, spectantiumque mentes vehementius afficiant (ita *Platoni* de legib. προσέπεσε πρὸς τὰς ψυχάς) Festi sive solennitatis cujusdam à Graecis celebratae meminit *Suidas*, quae Νεκύα dicta fuerit; in qua spectacula forsan istiusmodi exhibebantur. Νεκύα, inquit, ἡ τῶν Νεκρῶν ἑορτή. Res itaque humanas et occupationes mortalium partim puerulorum lusibus dissidiisque, partim spectaculis vanis, quae simpliciorum animos afficere solent, consimiles, imo pares plane pronunciat. *Gatak.* *Ulysses* ut ad Inferos descenderit, et quam cum mortuis consuetudinem habuerit, fuse in *Odysseidos* undecimo depingi (cui Libro nomen etiam Νεκύας idcirco adhaesit) Lectorum nemini non notum arbitror. Hinc itaque suam quoque videtur Imaginem mutuo sumpsisse *Antoninus*. Quicquid utique rerum humanarum agitur, Scenam id omne et Spectaculum esse tantum; nec tam res ipsas, quam rerum Repraesentationes. Adeo ut nobis hactenus cum Inferis conveniat, quod utrobique in conspectum exhibeantur Umbrae, et Inania rerum Simulacra. Hoc uno tamen dempto, quod nobis hic loci crassa et palpanda obveniunt, illic exilia, et quae tactum omnino fugiant. Et dixerat sane pridem in *Ajace Sophocles*.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κοῦφην σκιάν. *Dacier.*

[4] Ποιῶνται legit *Gatak.* quod et exhibet *Edit. Lugd.* ut et *Casaub.* 5 Conjicit *Gatak.* ἀλλὰ ἄλις ἔσω. *Verum sufficiat* quod hactenus hac in parte tibi ipse injurius fueris. quemadmodum infra c. 37. ἄλις τοῦ ἀθλίου βίου. vel etiam, ἀλλὰ ἄλις, *sed haec satis.* in versione tamen sequi videtur *Bootii* lectionem ἀλλ' ἀλλοῖα. [6] Ἐκφωνήσῃ vel τοιαῦτά τινες ἐκφωνῶσιν vult *Gatak.*

P. 181. 1 Vid. ad lib. 6. 41. 2 Lego, ταὐτὰ vel τὰ αὐτά.

αὐτά. *Gatak.* 3 Legendum videtur ἢ cum *Gatak.* 4 Conjicit *Gatak.* τρόπον γὰρ τινα ἀεί τι ἔν τινι, vel ᾗ ἔν τι τρόπον τινὰ γίνεται, ἢ ἄτομοι ᾗ ἀμερῆ. *vel reliqua à primis illis pendent, atque ex serie hac continua unum quid conſit, aut atomi atque inſecabilia corpora pro rerum initiis ſubſtituenda erunt.* Atque in hanc ſuſpicionem eo magis propendet *Gatak.* Quia diſtributio illa *Marco* ſolens eſt. l. 4. 3. ἤτοι πρόνοια ἢ ἄτομοι. Vid. et l. 10. 6. 5 Hic periocham hanc alii ordiuntur, prioribus iſtis ad periocham ſuperiorem rejectis, quo quidem pertinere videntur. 6 *Sophiſtas Marcus* hic perſtringere videtur, de quibus *Julian.* Imperat. epiſt. 42. βέλον γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὑ λέξεων μόνον, ηθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι· ᾗ τὸ καλὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. vel (quod magis reor) *politices* illos qui ſapientiae nomine laudari ſolent. *Gatak.* 7 Illud ὡς οἴεται duplici ratione poteſt intelligi; vel, *ut ipſi de ſe opinantur*, alioſque volunt opinari, vel etiam *ut aliis* haud paucis, falſo tamen, videtur. *Gatak.* 8 Lego, ἀνθρώπια, nam ἀνθρώπεια *humana. Gatak.* 9 *Gravitatis affectatae pleni* vertit *Caſaub.* ut alluſerit *Marcus* ad proverbium illud, Βαβαὶ μύξος, περὶ τῶν κομπαζόντων καὶ μεγαλαυχούντων, uſurpatum *Suidae*, de quo *Salmaſ.* ad *Tertull.* Pall. *deducunt*, inquit, *perperam* (*Suidam* notat) *à Myxo Cereris ſacerdote. at* μύξος *eſt* μυξώδης. et μύξα, βλέννα, κόρυζα· κόρυζαν *pro tumore, ſuperbia, jactantia dixere.* ſed et μύξαν *pro eodem. inde* μύξος, ἀλαζών. Itaque *arrogantiae, et faſtus pleni* malim reddere. Caeterum habere locum hic poſſit alter vocabuli iſtius uſus etiam proverbialis, quo μυξώδεις καὶ βλεννώδεις, et μύξης ſive κορύζης μεστοὶ, fatui ſtupidique dicuntur; et μύξα ſive κόρυζα pro ſtuporis indicio habetur. Latinis pariter *mucidus* pro *ſtupido, ſtolido, fatuo. Plaut.* Epid. *homo es, Qui me emunxiſti mucidum, minimi preti.* Inde natum, ut ſicut *emunctae naris* hominem (quod de *Lucilio Flaccus* l. 1. Sat. 4.) pro acris ingenii exactique judicii dice-

dicebant: ita contra *naris obesae*, quod idem *epod.* 12. usurpavit, pro stolido stupidoque in usu esset. Verum contextus series illo potius inclinat. *Gatak.* 10 Non possum erudito Interpreti Anglico assentiri qui ista cum sequentibus tanquam ex aliena persona à *Marco* prolata existimat. Sunt enim *Marci* ipsius, eum, quem alloquitur, invitantis ad id, quod est naturae ipsius consentaneum, agendum et conandum, quantum in se est: monentisque simul animum ne despondeat, etiamsi non possit hominum mores ita refingere ut reipublicae Platonicae inducendae spes detur, aut eam hominum in bono promovendo conspirationem experiri, quae in ea, quam *Plato* sibi finxit, republica exspectari poterat; sed successibus etiam leviusculis et processibus perexiguis contentus agat, pergatque nihilo minus in instituto. quod idem et de se, profectuque suo, cuique suadere conatur, *l.* 5. 9. *Gatak.* 11 Non est parum, inquit, si vel parum studio tuo proficere poteris, in tam ampla validaque hominum morumque corruptela; si vel supprimere saltem valeas, quod corrigere non datur. *Gatak.* 12 In his se jactare exemplis *Sophistarum* turbae familiare erat; Viros suae, quam prae se ferebant, artis regnandi peritos praedicare. Rem ad accuratius examen vocatam noluit *Antoninus*, ne quid in tanta nomina peccare videretur. Jubet tamen *videant ipsi* fuerintne quales existimari vellent maxime, et quotidianae vitae consuetudo an morum gravitati tantopere laudatae congruerit. *Dacier.* 13 Hunc *Alexandro* et *Philippo* adjungit, quia et ipse reipub. regimen glorioſe satis *Athenis* tractaverat. Vide *Laert.* l. 5. et *Diodor. Sicul.* l. 18. sed et *Cicer.* de Offic. l. 1. *Gatak.* 14 Σεμνόλυφία vocabulum vix alibi lectum, ἡ μετὰ τύφου τινὸς σεμνότης, sive *gravitas quaedam fastuosa*. *Gatak.*

P. 182. 1 [Τῷ] τὸν *Gatak.* 2 Αἴδιον *Casaub.* 3 Χολῷτι *Lugd.*

P. 185. 1 Καὶ ὅτι πάνσοφα *Gatak.* 2 Deum summum unicum agnoscebant Stoici, quem et Δία sive *Jovem* nuncupabant,

cupabant, mundi istius conditorem πάντων δημιουργὸν, καὶ ἄφθαρτον μόνον. alios interim Deos inferiores statuebant φθαρτοὺς, corruptelae obnoxios, sive (ut *Plut. de com. notit.* eosdem deridens) τηκτοὺς *fusiles* ὥσπερ κηρίνους ἢ κατ̃τιτερίνους *tanquam si cerei aut stannei exsisterent.* in his et astra ponebant. Ita *Plut. de Philos. placit. l.* 1. *c.* 7. Θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν δ' ἀνωτάτω πάντων νοῦν ἐν αἰθέρι. Verum *Epiphan. haeres. lib.* 1. *haeres.* 5. Deum asserit Stoicos in haec quasi membra quaedam dispertitos. Μερίζουσι δὲ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ψυχὴν, καὶ ἀέρα, καὶ τὰ ἄλλα. *Gatak.* 3 Υποστάθμη, *faeces* sive *sedimentum: Hesych.* Υποστάθμη, τρυγία, τρύξ et Σκωρία, ἡ γαιώδης ἐν [τοῖς χυτοῖς] ὑποστάθμη. Ita enim locum illum integrandum censeo. *Gatak.* 4 [Καὶ ὁ] *Gatak.* 5 Τὸ πνευματικὸν est *formula* sive *quod formae rationem obtinet:* Opponitur enim τῇ ὑποκειμένῃ ὕλῃ τὸ πνευματικὸν, sicut τῷ ὑλικῷ τὸ αἰτιῶδες, l. 5. 13. *Gatak.* 6 *Imitationis* vertit *Xyland. dissimulationis Casaub.* at *Suidae* πιθηκισμοὶ sunt ἀπάται καὶ κολακεύματα; ex *Aristophan.* in *Equit.* ubi *Cleon* adversario suo Οἴ μοι Τάλας, οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις? et mox Αλλ' οὐχ ὑπερβαλεῖς με θωπείαις. Et apud eundem in *Vesp.* Ταῦτα ἰδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα. *paululum adulatus sum.* Verum *Marco* πιθηκίζειν videtur esse *simiarum more,* quae gesticulationibus vanis ludos faciunt, *nugari.* quod *Apollodor.* in *Adelph.* dixit ἐν πιθήκοις ὄντα δεῖν πίθηκον εἶναι. h. e. *inter nugaces nugacem esse,* sive pariter nugas meras agere. *Gatak.* 7 Πρὸς τῶν Θεῶν usitata adjurationis formula *Antoninum* scripsisse putat *Casaubon.* 8 Vertit *Xyland.* quasi ἐγένου legeretur. at *Lugd.* γένου, recte. quem et *Casaub.* secutus est. *Gatak.* 9 Locus insigniter depravatus videtur.

Casaub.

Casaub. legi vult ἀποκρίνει, βόσκῃ; et novum illa conficere ἐρώτημα, vult etiam ἀποκρίνειν illud *excernendi* significatum habere. Sic enim vertit, *Dicis parti illi ratione praeditae, mortua es, corruptio apprehendit te? num et haec excrementa egerit? num pecudum ritu depascitur?* ut nimirum corporis instar morti obnoxia sit. à praecedentibus denique illa τῷ ἡγεμονικῷ λέγεις &c. divellit, tanquam alio spectantia. *Bootius* autem haec aliter distinguit. siquidem argumentum superius ad τῷ ἡγεμονικῷ claudit. tanquam si scriptum esset, τί ἂν ταράσσῃ τῷ ἡγεμονικῷ; *Quid mente tua conturbaris?* inde autumat et ipse novam sequi materiam, cujus verba sic concipienda sint. Λέγεις, τεθεώρηκα. ἔφθαρσαι, ὑποκρίνῃ, &c. *Dicis contemplatum*, sive, *in contemplatione versatum te. Verum corruptus es* &c. *Xylander* vocabulum illud θηρίωσαι, quod in sequenti periocha nullo sensu legitur, huc retrahendum putat. et est prorsus: sed τεθηριώσαι legendum, et ultimo loco collocandum. *Salmasius* de hoc loco per literas consultus de θηρίωσαι huc retrahendo consentit: periodum totam sic concinnandam censet. Τί ἂν ταράσσῃ; μήτι τῷ ἡγεμονικῷ λέγεις, τέθνηκας, ἔφθαρσαι, ὑποκρίνῃ, συναγελάζῃ, βόσκῃ, θηρίωσαι; vel sic etiam, Τί ἂν ταράσσῃ; τί λέγεις; τῷ ἡγεμονικῷ τέθνηκας, ἔφθαρσαι, &c. *an* τῷ ἡγεμονικῷ *mortuus es, corruptus es?* &c. haec omnia non sunt τοῦ ἡγεμονικοῦ, ac divinae particulae, sed brutae materiae. *Gatak. Casauboni* lectionem sequitur *Dacier.* 10 Vocabulum hoc ad priora rejiciendum. Vide notam superiorem. 11 Legendum videtur cum *Gatakero* τοῦ μὴ παρεῖναί τι τούτων, ἢ τοῦ παρεῖναι.

P. 186. *Quae de rerum natura prius fueram meditatus.* Ita se explicat ipse apud *Laert.* in epist. de quo *Marcus* istic, *Epicurus*; τῶν γεγόνοσιν ἡμῖν διαλογισμῶν. At *Casaub.* vertit *praestantiora.* cum *praeterita, praecedentia*, praegressa, priora, *Epicurus* vellet. *Gatak.* 2 Ego existimabam τὸ καταφράττεσθαι

φράτλεσθαι istic esse *munire corpus* adversus vim morbi. Verum somnium istud excussit plane mihi Cl. *Salmasius*, dum legendum suggerit καλαφρυάτλεσθαι, quo verbo usus est *Marcus* l. 7. 3. et l. 10. 13. unde et φρύαλμα pro *fastu* μετὰ δεινῦ φρυάλματος l. 4. 42. Quod autem *Marcus* hic καλαφρυάτλεσθαι, id in eodem plane argumento ὀφρῦν ἐπᾶραι [*Arrian.*] *Epictet.* dissert. l. 3. c. 10. τί ἂν κολακεύεις τὸν ἰατρόν; τί λέγεις, ἐὰν θέλῃς κύριε, καλῶς ἔξω; τί παρέχεις αὐτῷ ἀφορμὴν τῦ ἐπᾶραι ὀφρῦν; h. e. τῦ καλαφρυάτλεσθαι. *Gatak.* 3 *Boot.* ἄγελο mavult, cui accedo. *Gatak.* 4 Lego, ταὐτά. *Gatak.* 5 Vide supra c. 13. 6 Καὶ [μὴ] φυσιολόγῳ, vel ἢ ἀφυσιολόγῳ *Marcum* scripsisse suspicatur *Gatak.* 7 Μόνῳ [δὲ] τῷ *Gatak.*

P. 187. † Alius, ut certa re levetur, *Xyland.*

P. 189. 1 Phrasis notanda. καλαληλικῶς δίδόναι quis dicitur, quando *actio dandi*, sive *doni collatio*, ἐπ' αὐτὸ τὸ δεδωκέναι καλαλήγει, ut alibi loquitur; καὶ ἐνλαῦθα ἡ ὄρεξις ἀπολήγει, ut l. 5. 34. *Nihil aliud spectat, nec ullum finem ulteriorem habet praefixum ac propositum sibi, nisi ut datum et largitum sit* (quomodo *Seneca* de Benef. l. 1. c. 2. *dedi ut darem*) et ὡς πάνλα τὸν καρπὸν ἀπειληφέναι, ita ut omnem prorsus fructum donationis in eo ipso quod dederit, et posuerit qui dat, et accepisse se existimet. uti *Marcus* mox. *Gatak.* 2 Σοι [ὅτι] κ. *Gatak.* 3 Οπερ *Gatak.*

ANNOTATIONES in LIB. X.

PAG. 190. Not. 1. *Eris, spero, aliquando*; vertit *Casaub.* Ego malim ἐρωληματικῶς legere. *Eris sic tandem aliquando?* expostulare siquidem videtur cum anima sua, quod ista nondum assecuta sit. *Gatak.* 2 *Casaub.* de affectibus et desideriis ab exterioribus istis penitus abstractis exponet. Sed lev.

leviuſcula mutatione lectio recta reſtituatur, στερκτικῆς reſcribendo. dilectionem talem commendat ſibi, qualis eſt στοργὴ, ſive *naturalis affectio*, qua prolem ſuam parentes diligunt; hoc eſt veram, ſimplicem, gratuitam, non mercenariam, non fucatam, non effictam. *Gatak.* Verum *Caſaub.* per στερκτικῆς (nam nec hoc ille improbavit) affectum illum animi, quo φιλεῖν et στέργειν τὰ παρόντα καὶ τὰ συμβαίνοντα (de quo toties *Antonimus*) dicimur intelligit. 3 Mundi ſc. ſive Dei. Vid. l. 4. 40. et alibi. *Gatak.* 4 *Quatenus gubernatur à natura mera* i. e. anima vegetativa, quam φύσιν meram appellat ſaepius *Marcus*. hoc eſt, quatenus nec ſenſu, ut bruta animantia, nec ratione, ut homo ducitur. *Permitte tibi*, inquit, *et admitte in te ea quae natura tua poſcere videtur, qua eſt vegetativa facultate praedita; niſi ſi id tibi qua animal, i. e. vitae tuae ſenſitivae adverſari videbitur: tum quod natura tua qua es animal expetere viſa fuerit, niſi id tibi qua es homo et virtuti rationali minus conſentaneum exſtiterit. Gatak.*

P. 193 1 Sic ſupra l. 7. 33. Περὶ πόνου. τὸ μὲν ἀφόρητον, ἐξάγει. τὸ δὲ χρονίζον φορητόν. 2 Omnino ſcribendum φύσις. Ita *conſtanter Antonimus* iſta opponit l. 11. 18. Εἰ μὴ ἄτομοι, φύσις ἢ τὰ ὅλα διοικοῦσα. et alibi. *Caſaub.*

P. 194. Αλλοίοσιν cum *Xyland.* mavult *Gatak.* quia praeceſſerat ἀλλοιοῦσθαι. 2 Haud recte ſatis iſta interpretes cepiſſe videntur. Ex aliorum quaſi mente iſta ſupponit: *Si quis*, inquit, *miſſa naturae illius univerſalis ordinatione*, quam ipſe forſan non agnoſcit, ita res eſſe ex ſuapte natura conſtitutas dicat, ut ea ratione corruptioni et mutationi ſint obnoxiae, is ſane ex ſuis ipſius rationibus ſtultitiae redarguetur, quod miretur et indignetur mutari quippiam quod mutari natum ſit. *Gatak.* 3 Forſan, ταὐτά. *Gatak.* 4 Vide ad l. 6. 4. 5 Vide ad l. 4. 14. et 21. 6 Vide ad l. 5. 13. et l. 11. 1. 7 *Heri et nudiuſtertius.* i. e. nuperrime. proverbialis formula, de re haud ita pridem geſta. Sed uſitatius pro eadem χθὲς

καὶ

χ᾽ πρώην. *Gatak.* 8 Locus perobſcurus, in quo haerent Interpretes, nec ſibi ipſi ſatisfaciunt, excepto *Dacierio*, qui ſic ſcribit. *Dato, quod idem nobis etiamdum ſit corpus, quod à parentibus traditum accepimus, at illud tamen iri nequit inficias, et creſcere id et enutriri, et vivere non poſſe, niſi nova accedat materies, niſi et immutetur poſtquam acceſſerit, et iſta mutatione labantem ſuſtineat et renovet molem. Quin et illud elargiare oportet, et novam iſtam, et priſtinam materiam, mutationem adhuc aliam manere; Mortem dico, quae utramque mox in ſua cujuſque elementa remiſſura eſt.* Sic *Dacierius:* cujus quidem interpretatio quomodo ex his verbis elici poſſit, non video: ut nec ſenſus (pace Viri Cl. dixerim) huic loco convenire videtur. Videamus igitur an commodius aliquid excogitari poſſit; quod non melius fiet, quam ſi primum inveſtigemus verum et genuinum ſenſum verborum illorum τῷ ἰδίως ποιῷ, quae Interpretibus non ſatis intellecta videntur. Τὸ ἰδίως ποιὸν, eſt *qualitas illa* ſive potius *qualitatum congeries* (ut philoſophi loquuntur) *cuique propria et peculiaris, qua à caeteris omnibus dignoſcitur:* id vero προσπλέκῃ τῷ ἰδίως ποιῷ à quo oritur peculiaris haec cuique nota et character, *quod quemque peculiari huic affectioni valde addicit, et eadem quaſi implicitum tenet.* Verba igitur in hunc ſenſum poſſint verti, *Dato vero, hoc eſſe id* (materiam vult) *quod te vehementer adeo addicit peculiari illi affectioni et notae, qua à caeteris omnibus dignoſceris, nihil tamen hoc obſtare puto, quo minus verum ſit quod jam dictum eſt,* materiam ſc. in horas mutari, et corpori cujuſvis novam quotidie accedere, decedere aliam. Occurrit enim hic illi, quod opponi ſolitum eſt huic de perpetuo materiae in corporibus fluxu opinioni, propriam ſc. hanc cuique notam et characterem à materia eſſe, ideoque non veriſimile eſſe, cum illa non mutetur, hanc mutari. Objectionem quidem hanc non diluit, quod fortaſſe feſtinanti non licuit, ſolummodo ait eam nullius eſſe apud ſe momenti. Huic explicationi non mediocre forſan pondus adjiciet *Origenis* locus apud *Epiphanium* (p. 536. Tom. 1. *Edit. Par.* 1622.) ubi hanc ipſam opinionem

nem defendens *Origenes*, his utitur verbis, Καὶ ἐπὶ τούτοις εἴ τί ἐστιν ὅμοιον τοῦτο τὸ εἶδος, καθ' ὃ εἰδοποιεῖται ὁ Πέτρος καὶ ὁ Παῦλος, τὸ σωματικὸν, ὃ ἐν τῇ ἀναστάσει περιτίθεται πάλιν τῇ ψυχῇ, ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάλλον, καὶ πάντως τότε ἔτι ἐνηλλαγμένον τὸ καλὸν τὴν πρώτην ὑποκείμενον. *Adhaec licet similis corporea ista forma sit, qua Petrus Paulusque potissimum constituitur, id ipsumque quod in resurrectione animae denuo tribuitur, sed in melius conversum, non tamen eadem est illa materia, quae corpori primum insita fuerit.* Ubi observatu dignum est, eidem pene hic *Origenem* cui illic *Marcum* respondere objectioni; deinde quod *Antonino* τὸ ἰδίως ποιὸν, *Origeni* est εἶδος, καθ' ὃ εἰδοποιεῖται ὁ Πέτρος &c. τὸ σωματικὸν, *corporea illa forma vel species, qua constituntur Petrus, et à caeteris distinguitur:* quam et paulo supra vocat τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὸ σῶμα, et ibid. τὴν ΠΟΙΟΤΗΤΑ τοῦ Πέτρου καὶ Παύλου σωματικὴν, καθ' ἣν ΠΟΙΟΤΗΤΑ καὶ ὑλαὶ ἐκ παίδων παραμένουσι τοῖς σώμασι καὶ ἄλλα τινα ΙΔΙΩΜΑΤΑ. Sequenti denique pagina verbo ad hanc rem utitur ex ipsis *Marci* verbis confecto, ubi peculiarem hanc cuique formam et characterem vocat τὸ ΙΔΙΟΠΟΙΟΥΝ τὴν σάρκα. *Marcus* etiam infra l. 12. 30. ἰδίως ποιοῖς σώμασι utitur pro *corporibus peculiaribus his qualitatibus seu proprietatibus à se invicem distinctis.* 9 Scribo, κἂν ἀπολλύεις ταῦτα τὰ ὀνόματα, ταχέως &c. *Casaub.*

P. 197. 1 *Animadversionem sedulam, à negligentia et inadvertentia immunem.* i. e. ut nihil negligat, et minus animadversum transmittat: ita μὴ παρεινθυμημόνως. *non negligens, non neglectim habens* l. 5. 5. [ubi vide] et l. 6. 50. γίνεσθαι ἀπαρεινθυμήτως. *sedulo attendere, atque animum adhibere.* Sunt autem vocabula ista porticus peculiaria, quaeque vix alibi reperias. *Gatak.* 2 Vide ad l. 5. c. 26. 9 Πόλεμος mavult *Gatak.* cum illud τ ex sequenti vocabulo irrepsisse putat.

P. 198. 1 Quid si ἀφυσιολογήτως legerimus? ut sit *Marci* mens *quae absque naturae ipsius contemplatione seria ac considerata, temere imaginaris, et citra examen justum admittis.* hoc enim passim inculcat *Marcus* ut rei cujusque naturam sedulo investigemus, eamque probe perspectam habeamus, priusquam de ea sententiam ullam censuramve feramus. Ita l. 2. 12. et l. 3. 11. &c. *Gatak.* 2 Apud *Laertium* l. 7. τὰ μὲν εἶναι καθήκοντα ἄνευ περιστάσεως· τὰ δὲ περιστατικά. καὶ ἄνευ μὲν περιστάσεως τάδε, ὑγιείας ἐπιμελεῖσθαι καὶ αἰσθητηρίων, καὶ τὰ ὅμοια. κατὰ περίστασιν δὲ, τὸ πηροῦν ἑαυτὴν, καὶ τὴν κτῆσιν διαῤῥίπτειν. ut τὰ περιστατικὰ sint *officia ea, quae molestiam aliquam adjunctam habeant.* Verum *Marcus* istic laxius usurpat pro quolibet negotio, quod muneris nostri exsistat. *Gatak.* 3 Αὔθαδες in meliorem partem istic sumi videtur, (quod rarius opinor deprehendas) vel pro *certa animi fiducia* ex rerum naturalium contemplatione orta, de qua *l.* 3. 11. et *infr.* 11. vel pro *animi affectu sibi placentis acquiescentisque* in veritatis, quam adeptus est, cognitione; quod vocabuli notio, per se media, designat siquidem ut *Arist. Ethic. Mag. l.* 1. *c.* 29. ὁ αὐθάδης αὐτοάδης τίς ἐστιν, ἀπὸ τοῦ αὐτὸς αὐτῷ ἀρέσκειν. Ita *Senec.* ep. 59. *Ipse te consule, si per dies noctesque par et aequalis animi tenor, erecti et placentis sibi est: pervenisti ad humani boni summam. Gatak.* 4 Quod l. 3. 8. dixit, οὐδὲν ἐμφωλεῦον. *Senec.* ep. 43. *tegant non abscondant te parietes tui. Gatak.* 5 Potest esse expostulatio qualem observavimus supra c. 1. ego tamen τότε legere malim, et hic, et in sequentibus clausulis. *Gatak.* 6 Ὑποχὴ retis genus. *Oppian.* Αλιευτικῶν l. 3. v. 18. ἠδ' ὑποχαὶ περιήγεες, ἠδὲ Σαγῆναι. unde figurae rotundae fuisse videntur ὑποχαὶ istae. *Gatak.* 7 Quibuscum tum Romanis cum primis res fuit. Itaque in *Marci* vita mentio fit *Sarmatarum* inter gentes caeteras ab eo debellatas. Ridere autem hic videtur illos, qui *Sarmatis* captis, tanquam re pulchre strenueque gesta, semet-

ipsos

ipsos efferebant. Quod *Alexandro* Scythae apud *Qu. Curtium.* l. 7. c. 8. *Tu, qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium, quas adisti, latro es.* Sic etiam Pirata, *Alexandro* eidem quaerenti quo scelere impulsus mare haberet infestum; *Eodem,* inquit, *quo tu orbem terrae. Sed quia id ego exiguo navigio facio, latro vocor; quia tu magna classe, imperator. Cicero* de Republ. l. 3. *Gatak.* 8 Interpres Anglicus frustra in duo membra sententiam continuari postulantem dissecuit. *Quid* inquit *Marcus, est suspicione opus?* sive *cur tibi res aliqua suspecta sit,* aut scrupulum animo ac trepidationem injecerit, *cum considerare liceat,* vel *praesto sit intueri, quid facto opus sit?* hoc est enim παρὸν σκοπεῖν ut ἐξὸν ποιεῖν, et similia. *Gatak.* 9 Forsan legi debeat κἂν μὲν συνορᾷς ἀκριβῶς, sublata distinctione. Verum accedo potius *Bootio* nihil mutanti, sed copulativa tantum interjecta, legenti, κἂν μὲν συνορᾷς, ἁμῶς ϗ ἀμελαστικῶς &c. ita opponitur τὸ ἁμῶς, τῷ μεθ' ὑπονοίας. *Gatak.*

P. 201. [1] Ἐστι legit *Boot. ab hoc* inquit justo sc. utique et aequo *aberrare, lapsus nomen meretur.* Ego, siquis id exhiberet codex, ἀπότδξιν, quam ἀπόπλωσιν malim, prout *Marcus* l. 4. 49. ἀπότδγμα dixit. *Gatak.* Βλαβερά ἐστι mavult *Dacier.* 2 Non *mobile*; quod τὸ τῆς γνώμης ἀκίνητον in plebe, Romana cum primis, *Herodiano* l. 7. notatum, designet, unde *et mobile vulgus:* sed *agile* ad id quod est officium suum aggrediendum agendumque, promptum et proclive; quodque in eisdem persequendis modo justo debitoque moveatur. *Gatak.* 3 Id ni fallor vult. Ita esse cuique vivendum ac si quocunque degas in loco, is omnium et amoenissimus, et sibi exoptatissimus esset. Editiores enim loci, et domicilia in montium verticibus exstructa apud veteres prae caeteris magno habiti pretio. *Dacier.* Putat autem *Gataker. Marcum* voluisse, nihil locum à loco distare, ad animi tranquillitatem quod attinet. Quomodo infra c. 23. et l. 4. 3. 4 *Tanquam pistilli circumvolutio* vertit *Casaub.* et sane ὑπέρω περι-

περισροφὴ, sive περίσροπὴ, i. e. *pistilli circumvolutio* proverbialiter usurpatur ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ ποιούντων, καὶ μηδὲν περαγόντων. *Hesych. Said.* &c. Verum τρυπάνου περισροφὴ, i. e. *terebrae vertigo*, sive *circumversio Marco* hic de spatio temporis brevissimo. *Gatak.*

P. 202. 1 Haec summis cum imis quibusque communia sunt; et conditionis mortalis et caducae cum primis nos admonent. *Gatak.* 2 *Quanto cum fastu se efferant*, ac si ne homines quidem aut mortali semine creti sint, *ubi gloriantur, indignantur, interminantur* &c. illud ἀνδρονομούμενοι mihi suspectum habetur: cum alibi legisse non memini. *aliis imperare* vertit *Xyland.* ut sit *hominibus leges et jura praescribere.* Forsan ἀνδρονομεῖν idem quod ἀνδρολογεῖν fuerit, quod de *delectu militari* usurpatur: vel etiam quod κρεανομεῖν, quod de *visceralionibus* sive de *carnibus viritim distributis* adhibetur. In istis autem non sine fastu gerere se solent qui eas exhibent. *Gatak.* Ἀγορανομούμενοι conjicit *Casaub.* ab ἀγορανομεῖσθαι *Agoronomi* sive *Ædilis munere fungi.* Ædilitatem enim non splendidissimum tantum et latissimi per se imperii magistratum fuisse, sed et ad summos honores viam straviisse notum est. Vid. *Dion. Halicarn. l. 6. Ædilitatem* etiam *gerere* proverbialiter à *Plauto* dictum alicubi pro imperiosum esse. 3 Ὁποίοις *Gatak.* 4 *Euripidis* versus sunt ab *Aristotele* laudati *Ethic. Nicom.* l. 8. ut et *Athen. Deipnosoph.* l. 13. et *Stob.* Tom. 1. l. 1. tit. 12. apud quos duos novissimos integri habentur. Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα, ὅτ' ἂν ξηρὸν πέδον Ἀκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεὲς ἔχῃ. Ἐρᾷ δ' ὁ ἔμψυχος ὑρανὸς &c. *Gatak.* 5 A vulgari sermonis usu argumentatur, argutius paulo *Marcus* in verbo φιλεῖν quod ἀντὶ τοῦ πεφυκέναι ἤτοι εἰωθέναι usurpatur; quomodo et Latinis *amat* pro *solet*; quod à Graecis tractum monuisse videtur *Fabius* institut. l. 9. c. 3. *Gatak.* 6 Vitae genus mutas, è privato in publicum prodis: negotiis te immisces. *Gatak.* 7 Vitam hanc λειτουργίαν τινὰ esse vult. Inde *vitae mune-*

ra,

ra, et *defunctos mortuos*, dicimus, utpote qui vitae officia jam compleverint. Hinc ἀπολειτουργῆσαι (quod alibi haud temere reperias) *munere defunctum esse* (ut ἀποβιῶσαι, *vitam obiisse*) et ab eodem jam liberum et immunem fieri. *Gataker.* 8 Τοιοῦτό [τι, οἷον] ἐκεῖνο *Gatak.* 9 Ex *Thaeeteto* [p. 147. *Edit. Serran.*] Αγροῖκον καὶ ἀπαίδευτον ὑπὸ ἀσχολίας, οὐδὲν ἧττον τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γενέσθαι ζηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον. De sapiente sermo est, Philosophiae studiis prorsus dedito, qui non secus in urbe conversatur quam si in monte aliquo ab hominum commercio sejunctus ageret, murisque civitatis perinde ac caulae alicujus septo pastor rusticus inclusus tenetur. *Gatak.* 10 Ista quo pertineant, ego plane sum nescius. Sequentibus adfigit *Casaub.* et προβάλλειν προβλήματα legisse videtur, cum vertit *et problemata tibi proponere ista, quidnam est mihi nunc mens mea* &c. Verum *Salmasius* expungenda censet; utpote quae nec sensum ullum efficiant, nec in melius reformari possint. *Gatak.* 11 Οτι βούλεταί τι γεγονέναι legisse videntur *Xyland.* et *Casaub.* Verum negativa forsan particula intercidit: ut rescribendum sit ὃ [μὴ] βούλεταί τι γεγονέναι. *Gatak.*

